TECHE UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. **P_MSS_0980**

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/

COMMISSIONI

ai

LUOGOTENENTI

e

LETTERE

e

RELAZIONI

degli stessi

980

980

(1)

Pervenit 23 Nov. 1893

Annali Capit. XXIV.

pag. 201–250

Commissioni ducali

DIE

EN I

NO.

HEINR. MERCY.

Commissiones Ducales

Patrie Fori Julii

Aquilegie Duo

Belfortis

Portus Latisane

Utini et Fori Julii

Sacili

Marani.

Montisfalconi

Ex R. Archivio Venetiarum.

Trascritte e consegnate alla Civ. Biblioteca nel Gennajo 1893. Spese lire 85.50.

Commissiones Ducales

Portus Natisane

Terre Utini et Forijulii

I Commissio Portebuffoletane 1413–1466. fol. 1–16

II Commissio Utini et Forijulii 1420–1520 fol. 16–69

III Commissio Sacili. 1420–1514 fol. 40–84

IV Commissio Marani 1420–1514. fol. 84–102

1298 · 9 Ottobre · Venezia · Commissione ducale al Patriarca di Aquileja per un accordo nelle varie differenze ecc. ecc.

Nos Petrus Gradonico dei gratia Veneciarum Dalmacie atque Chroacie dux dominus quarte partis et dimidie tocius Imperii Romanie. Committimus vobis nobilibus viris Romeo quirino, Marco faletro et Guidoni de Canali fidelibus nostris dilectis quod nostri ambaxatores ire debeatis ad Reverendum Patrem dominum R. (Raimondo) sancte sedis aquilegensis Ecclesie Patriarcham qui pro parte nostra salutato sicut vobis videbitur dicere ac exponere debeatis eidem verum et perfectam amicitiam et antiquam que semper inter ducatum Veneciarum et patriarchatum aquilegensem extitit retroactis temporibus celebrata et specialem amorem quem illud dominium habuit ad ipsam et illos de domo sua, et nos et Venecie habuimus et habemus ad suam personam ad castellanos foroiulii et ad totum patriarcatum aquilegensem. Et est verum quod impossibile est quod aliquando inter amicos dissensio et scandalum propter fragilem condictionem humanam non accidat, et non solum inter amicos sed etiam inter fratres et inter patrem et filium sed propter aliquod tale scandalum quod inter predictos eveniat non dissolvitur verus amor et hoc magis tempore necessitatis vel adversitatis amici quam alio tempore comprobatur. Et similiter licet aliquando inter nos et ipsum evenerit scandalum antiqua non potest amicicia que diu inter ducatum nostrum et patriarcatum suum radices suprahit inextricabiles destrui vel dissolvi et quod ipse dominus

Ricevuto dall'Arch. di Stato di Venezia
11 Gennajo 1893

patriarcha noster fuerit et sit verus et perfectus ami-
cus ipse isto tempore adversitatis ostendit. Nam incon-
tinenti audito de sinistro quod accidit de gente nostra
~~adversitatis ostendit~~ sicut domino placuit ipse misit
ad nos magistrum Gualterium condolendo nobiscum
et confortando nos ~~ad ipsum dominum patriarcham~~
et eciam liberaliter offerendo se ad quicquid nostrum
statum respicerent et honorem. Quare mittimus
vos ad ipsum dominum patriarcham ut eidem ex
parte nostra regraciari debeatis de sua amicitia
sicut videbitis convenire. Nam scimus quod de
omni nostro sinistro condoleret nobiscum et de prospe-
ritate gauderet et potest esse certus quod nos de
suis prosperitatibus quas augeat sibi deus nos essemus
consolati et de contrario quod absit esse non posse-
mus expertes. Et licet deus nos voluerit ista vice
sicut ei placuit visitare speramus tamen in eo
et in iusticia quam habemus ex parte nostra et
in nostra potencia que adhuc dei gratia satis est
et in magna unitate ac bonitate gentis nostre et
in ipso domino Patriarcha et in aliis amicis nostris
quod taliter reparabimus statum nostrum quod erit
laus et honor omnipotentis dei et honor noster
et quod ipse et alii amici nostri leticiam inde
et consolacionem recipient et ipse de nobis et du-
catu nostro potest de omnibus que possemus in su-
um honorem facere large sperare sicut de ami-
cis karissimis et perfectis. Et ubi tanta mutuo
viguit et vigere debet amoris affectio tantaque
perfectio caritatis utrinque debet adverti et
summo opere provideri quod omnia que inter-

aliud quam amorem taliter resecentur quod nihil romaneat quod possit ali=
= quam efficeacionem amoris per

partes possent generare aliquod tempus inducere. Qua=
propter nos vos illuc ad ipsum duximus destinandos
ut vos ex parte nostra debeatis cum ipso esse confer=
re ac raciocinari super sedandis questionibus om=
nibus que inter nos et ipsum et gentem nostram
et suam vertuntur per modum alias inventum
sicut fieri debebat torcelli vel per modum alium
qui ipsi et vobis videretur utilior pro conservacione
boni amoris inter ipsum et nos, nam intencio
nostra est integra et voluntas plenissima pro ~~cons~~
~~ervacione~~ quod de omnibus que secum habemus
facere taliter videatur quod nihil penitus, rema=
neat dirigendum ut nos simile sicut debemus
perfecti semper remaneamus amici. Et auditis re=
sponsionem ipsius. Et si videbitur habere volunta=
tem servandi pure nobis pacta vetera consuetudines
inter nos et pathriarcatum suum antiquitus ob=
servatas et quod questiones vertentes inter nos et
ipsum terminentur et quod amor et amicitia re=
formetur, debeatis secum conferre et racionari et
invenire viam per quam vobis melius videatur omnes
tollere ac decidere questiones. Et vos portatis vobiscum exem=
plum pactorum et pacis et scripta nostrarum re=
quisicionum et suarum et totum processum alias ha=
bitum per nostros et suos arbitros et iudices in
torcello.

Et si de facto iste vobis tangetur quic=
quam dicere debeatis quod de facto illo erat
compromissum in dominum papam et si fa=
ctum illud posset terminari breviter inter nos
et ipsum, sine fatigare nos et ipsum et Roma=

nam curiam vos credites quod nobis placebit et habeatis ab eo suam intencionem quantum plus poteritis et significabitis nobis id quod habueritis tam de facto ille quam de aliis supradictis et expetabitis nostrum mandatum.

Et si potestates de factis Istrie nihil vobis tangant vel tangi faciant patriarcha vel a vobis debeatis dicere supradicta de facto Istrie et de sua intencione trahere et nobis scribere sicut superius dictum est.

Inceptis proficuum et honorem Veneciarum eundo stando et redeundo et de observando consilia de donis et graciis non recipiendis et de racione facienda et scripturis curie nostre reddendis et omnia que vobis dicendo mittemus attendetis et observabitis bona fide.

Data in nostro ducali Palacio die VIIII octubris XII Indictione.

Archivio di Stato Venezia – Busta I Commissioni ai Rettori – # 18.

Nos Thomas Mocenigo Dei gratia Dux Venetiarum et cetera. Comittimus tibi nobili viro dilecto Civi et fideli nostro quod de nostro mandato vadas in potestatem nostrum Monfalconi. quem locum et districtum et homines ipsius regiminis reges gubernabis et manutenete ad honorem nostrum et comunis Venetiarum stando in ipso regimine per unum annum et tantum plus quantum successor tuus illuc venire distulerit. In quo quidem regimine secundum statuta et ordinamenta dicte terre dummodo sint cum honore nostri dominij debeas ius et iustitiam ministrare: servando illos nostros fideles Monfalconi in eorum antiquis iuribus et consuetudinibus.

Diem autem quo ipsum regimen intrabis nobis tuis literis denotabis.

In quo quidem regimine habere debes in anno et ratione anni libras milleducentas monete que expenditur et expendetur Monfalconi de introitibus et datijs seu mudis solitis spectare patriarche que exigentur in Monfalcone. habendo singulis tribus mensibus in principio quartum Et a locumtenente nostro patrie foroiulij de introitibus patriarchatus libras trecentas parvorum. Et si non posses deinde habere dictas libras trecentas parvorum suppleatur id quod deficeret per nostrum comune. Et debeas tenere tuis salario et expensis tres famulos tres equos et unum sotium miles cui dare debeas de salario libras Centum et pro expensis libras quinquaginta parvorum in anno et ratione anni.

Item observabis infrascriptam partem captam in 1421 die XXIIII novembris indictione XV^a Vi

delicet quod addatur in commissione .. ituri potesta-
tis nostri Monfalconi quod filipus sandeli Capita-
neus roche sit ad obediantiam suam sicut observa-
tur in aliis terris et locis nostris. Verum declaretur
quod non possit aliquo modo idem potestas presens
nec futuri ex pagis deputatis filipo predicto aliquem
exinde removere nec exercere ad aliud quam ad cu-
stodiam roche predicte ad quam deputate sunt aliquo
modo.

Item observabis in quantum ad te spectat in-
frascriptam partem captam in nostris consilijs
Rogatorum et addictionis tenoris infrascripti videli-
cet Quod de cetero quilibet rector in reditu suo post-
quam applicuerit venetias teneatur infra unum
mensem ire vel mittere ad offitiales rationum ad fa-
ciendam rationem cum eis et ad solvendum illud
quod debebit dare et refundere nostro comuni pro fa-
milia vel equis qui sibi defecerint tempore sui regimi-
nis in ratione grossorum trium in die pro quolibet
ente de sua familia et pro quolibet equo qui sibi defe-
cissent pro tanto tempore quanto sibi defecerint. Ve-
rum si deficeret alicui rectori aliquis de sua familia
habeat terminum ad remittendum alium octo dierum.
et si aliquis equus sibi defecerit habeat terminum
ad remittendum alium duodecim dierum. Et si re-
miserit ad dictos terminos nichil teneatur refunde-
re comuni pro eis. Si autem non remiserit ad dictos
terminos tunc debeat refundere comuni a die qua si-
bi defecerint usque diem quo remiserit in ratione pre-
dicta. Et hec observare teneatur ad solvendum comu-

T Bladius de Senis (In origine si leggeva questo nome che fu poscia cancellato, e vi fu messo in sua vece filipus sandali;)

T quilibet rector sub pena librarum quingentarum e nihilominus te-neatur

ni id quod debebit pro dictis defectibus in ratione dicta superius. Cuius pene librarum C medietas sit accusatoris si fuerit per quem sciatur veritas et alia medietas dividatur inter comune nostrum et officiales rationum predictos. Et si aliquis rector condemnaretur per officiales rationum quod deberet aliquid dare vel refundere, tunc ille rector subiaceat parti capte in maiori consilio de modo servando contra illos qui non solvunt postquam eis preceptum fuerit per officiales rationum predictos.

Non permittas aliquem qui debeat esse de tua familia et ad soldum tuum habere soldum comunis sub pena ducatorum decem pro quolibet ducato valoris totius eius quod ille recepisset et ultra hoc privationis regiminis.

Preterea non potes angarizare pro tuo servitio vel alieno accipere seu mittere aliquem stipendiarium equestrem vel pedestrem, nec equos eorum vel roncenos extra terram Monfalconi ullo modo nisi solum pro servitijs comunis Venetiarum aut Monfalconi.

Et non potes tu aut aliquis de tua familia recipere ab aliqua persona donum ullum vel presens aliquo modo vel ingenio, nec potest aliquis de tua familia habere commissionem ab aliqua persona causa placitandi pro ipsa.

Tu nec aliquis de tua familia non potes facere nec fieri facere mercationes, nec tenere tabernam seu habere partem in datijs nec emere neque emi facere aliquam possessionem vel territorium in terra Mon-

falconi nec in aliqua parte foroiulij toto tempore tui regiminis.

Et si uxor tua vel heredes tui tam masculi quam femine intelligendo heredem ab annis XVI supra, seu socius tuus aliquis de tua familia fecerint aliquid quod tibi sit vetitum per tuam commissionem et fuerint accusati nostro dominio seu nostris advocatoribus comunis debes esse respondator et pagator de omni eo quod advocatores te convincerent in ullo consilio in quo placitare vellent.

Et non potes sub debito sacramenti per totum tempus tui regiminis nec per unum annum post contrahere vel contrahi facere matrimonium nec impetrare seu impetrari facere aliquam prebendam vel beneficium in locis tui regiminis pro te vel aliis ullo modo.

Non potes nec debes angarizare nec cogere aliquam personam tam tibi subiectam quam aliunde pro tuis arnesiis blado, feno, paleis nec aliquibus nec aliis nec accipere potes aliquem currum seu aliqua animalia alicuius vel aliquorum pro deferrendo de predictis rebus tuis nisi eis feceris debitam et iustam solutionem tanquam si fores specialis persona.

Insuper concedimus tibi quod habeas terminum ad essendum fulcitus tuis equis unius mensis postquam dictum regimen intraveris et possis eos vendere per quindecim dies ante complementum tui regiminis.

Omnia que tibi dicendo mandabimus attendes et observabis bona fide et

et sine fraude ....

Jurasti honorem et proficuum nostri domi-
nij eundo, stando et redeundo.

Data etc.

(Venezia - Archivio di Stato - Cancelleria secreta - Commissioni
Vol. VI C.° 114)

I Commissio Vicedomini Aquilegie 1342 – 1354

II Commissio altera 1376.

Iuro ad evangelia sancta dei Ego.. electus vicedominus Aquilegie officium dicti vicedominatus fideliter apud Aquilegiam et legaliter exercere.
Et quod rationem faciam inter Venetos qui ibidem erunt per tempora et de ipsis omnibus illis qui voluerint ab eis aliquid petere et hominibus forovulii qui de ipsis venetis voluerint conqueri secundum formam pacti inter dominum ducem et dominum Patriarcham.
Et in predictis vel aliquibus predictorum amicum non iuvabo nec inimico nocebo per fraudem.
Et servicium seu donum propterea non tollam nec tolli faciam, e si tultum per me sciero faciam quam cito scivero et potero reddi.
Et dabo operam ad conservandum et manutenenundum iura et iurisdictiones que et quas dominus dux et comune Venetiarum habere debent in terra illa et ad conservandos et recuperandas rationes et consuetudines quas portulani in dicta terra debent habere. Et insuper ad recuperandum mensuras et pondera que fuerunt et esse debent de iure vicedominatus.

Item observabis infrascripta que ordinata sunt per dominum ducem et eius consilium videlicet: Quod quandocumque aliqua questio fuerit coram me ille qui amittet cautum debeat solvere soldos V parvorum quos dari fatiam in manibus camerarii per me ordinati
Item si aliquis homo de Venetiis et

districtu cum vino, sale, oleo caseo, carnibus vel
aliis rebus Aquilegiam venerit contra bannum et
ordinamentum domini ducis et communis Venecia=
rum dabo operam quod ei et eis qui adduxerint
auferantur ligna cum quibus portabuntur. Et
quod domino duci presententur et mittam eis
in scriptis nomina eorum qui portaverint di=
ctas res de quibus quicumque accusaverit ita
quod per eius accusationem veritas habeatur
debeat habere medietatem. Et si hoc per me fie=
ri non posset dabo inde noticiam domino duci
quam cito potero.

Item teneor et debeo videre omnia si=
gilla salis qui ad partes Aquilegie portabitur.
Et si mihi videbitur facere cazari salem fa=
ciam. Et si invenero salem plusquam in si=
gillo contineatur faciam salem et lignum in
quo portatus erit intromitti et mittam declarando
domino duci ad hoc ut inde fiat quod fuerit
faciendum.

Preterea si acciderit quod alii qui non
sint de districtu Veneciarum iverint cum vi=
no sale oleo carnibus ~~et~~ et aliis rebus contra
bannum et ordinamenta domini ducis et ve=
nerit Aquilegiam vel in aliam partem Foroiu=
lii dabo operam ad sciendum veritatem et qui
fuerint et unde fuerint et quid portaverint
et ea cognita denotabo domino duci quam
cito potero.

Item teneor et debeo stare in Aquile=
gia VIII. menses anni salva tamen voluntate

domini ducis et sui consilii

Et omnia que ad manus meas pervenerint de rationibus spectantibus ad vicedominatum et recuperari poterunt et de hiis que dicta sunt salvabo et salvari faciam ad hoc ut inde fiat quod per dominum ducem et eius consilium fuerit ordinatum.

Et omnia quecumque dominus dux per suas literas per se et suum consilium dicendo miserit faciam et observabo.

Teneor insuper et debeo sacramentum recipere omnibus portulanis secundum formam sacramenti hactenus consueti.

Habere quidem debeo libras ducentas in anno, quam pecuniam habere debeo de vino concesso per gratiam sicut est ordinatum et teneor et debeo et habere ad meum servicium semper duos famulos quod salarium meum habere debeo hoc modo quoniam habere debeo omnes introytus qui introyt de ratione vicedominatus et quod deficit habere debeo de gratia vini ut dictum est.

Preterea est sciendum quod teneor stare in hoc vicedominatu per tres annos et habere mecum et tenere meis expensis unum notarium pro quo habere debeo a comuni libras LXXX. in anno et teneor et debeo inquirere facere de omnibus barchis et lignis que caricabuntur in Aquilegiam causa veniendi Venecias de quo vel quibus mercationibus caricabuntur et quantum fuerit in unoquoque ligno, et de omnibus mittere debeo litteras vicedominis noti-

ficando eis quomodo talis nauclerius venit Veneciaς cum tantis mercationibus et tollam ab eis securitatem quod Veneciaς veniant et quod vicedominis litteras meaς presentent et non in aliam partem vadant ullo modo et quod michi reducat litteras a Vicedominis quod Venecias venerint cum mercationibus et rebus predictis. Et insuper accipiam sacramentum ab omnibus barcharolis quod predicta omnia observent ut superius dicta sunt. Nomina quorum scribi faciam in uno quaterno per notarium meum et non permittam notarium meum accipere solucionem aliquam ab aliquo fideli domini ducis pro aliqua contralitera.

Et est sciendum quod illo tempore quo stare poterat olim vicedominus Aquilegie Venetiis stare non possum nisi in Foroiulio in illa terra que michi sanior videbitur ad hoc ut possint facta occurrencia per me melius promoveri habendo de salario propterea plus de eo quod dictum est soldos XX grossorum in anno et debeo esse pro tribus annis.

Item teneor antequam recedam de regimine isto et debeo facere rationem successori meo de omnibus que dimittam in comunitam in denariis quam in aliis rebus omnibus. Et predictus successor vel successores tenentur audire et recipere dictam rationem et ipsam per suas litteras domino duci significare per precessorem suum per singulum.

Item sinium quod per dominum ducem

michi de gratia concedatur quod est anfore sex pro meo usu non possum portari facere alio quam in Aquilegiam pro meo usu vel pro vendendo ipsum in Aquilegia in grosso sed non possum dictum vinum vendere vel vendi facere in Aquilegia vel foroiulio ad spinam vel ad minutum in taberna vel aliter modo aliquo vel ingenio quod vinum debeo extraxisse de Venetiis ad plus infra duos menses post exitum meum.

Item iudices quatuor et camerarium unum constituam de fidelibus domini ducis et eos habebo sicut habuerunt alii vicedomini cum illis salariis et conditionibus quibus consueverunt esse et habere. Et omnes condemnationes et sententias faciam cum dictis iudicibus et camerario vel maiori parte ipsorum qui fuerint presentes. Et si dicti iudices et camerarius in danda sententia fuerint discordes illam partem capiam que mihi melior apparebit et ipsas sententias sic factas exequi teneor meo posse. Et omnem pecuniam quam inde recepero et omne id quod ex officio isto ad manus meas pervenerit tam de condemnationibus quam de quadragesimo quam de omnibus aliis rebus spectantibus ad comune Veneciarum in ratione huius officii ordinate faciam evenire in manibus dicti camerarii et scribi ordinate in uno quaterno per meum notarium vel alium. Et quando rationem faciam meo successori illam faciam in presentia dictorum meorum iudicum et dicti camerarii vel maioris partis eorum qui erunt presentes de omnibus

receptis et expentatis per me quas expensas simi liter faciam cum consilio meorum iudicum Ca= merarii vel maioris partis qui fuerint presentes, Et capitulare dictorum iudicum Camerarii. et alia consilia sicut continent observare teneor et dimittere successori meo ut ipsa observet cum omnibus pactis et scripturis nostri comunis Nec permittes aliquem qui sit vel esse debeat de tua familia et ad soldum tuum habere soldum co= munis sub pena ducatorum. X. pro quolibet ducato valoris totius eius quod ille talis re= cepisset et ultra hoc privationis regiminis.

MCCCLXI die quarto Julii. Capta fuit pars in maiori consilio quod addatur in commissioni= bus omnium rectorum Quod de omnibus conde= nacionibus quas facient in suis regiminibus non possint postquam eas fecerint se impedire in re= mittendo vel revocando in toto vel parte ullo ingenio ~~vel~~ seu forma.

Item teneor et debeo mecum habere de mercatoribus et fidelibus domini ducis et simul cum aliquibus de Aquilegia per officiales aquile= gie deputatis ponam staria et mensuras ad iustum punctum more sollito et sicut aliasque factum fuit tempore nobilis viri Petri Geor= gio olim vicedomini.

Item faciam teneri stationes fidelium domini ducis in Aquilegia clausas in diebus fe= stivis et solemnibus que per illos de Aquilegia celebrantur et penas super hoc per me impositas exigam a contrafacientibus quas converti fa=

tiam secundum quod solitum fuit et ctt.
(fin qui da c. 22 e 23).

Item observabo partem captam in Rogatis contra furantes bona comunis. ~~et in commissione~~

Item observabis partem captam in consilio Rogatorum in 1359 Videlicet: Quod omnes officiales Rectores, Ambaxatores, provisores vel alii quocumque nomine nuncupentur qui de cetero convicti fuerint per advocatores comunis quod furati fuerint de bonis et havere comunis libras 4 ad grossos vel inde supra aut acceperint ab aliis contra commissiones seu capitularia sua libras centum ad grossos vel inde supra modo aliquo vel ingenio. Intelligantur ex nunc cecidisse ad solvendum capitale et tantundem pro pena usque ad tres dies postquam fuerint convicti sub pena soldorum V pro libra tam capitalis quam pene, que pena dividatur per medium videlicet medietas sit advocatorum comunis et alia medietas sit comunis et si fuerit accusator pena dividatur per tercium et sit de credentia et ultra hoc sint perpetuo privati omnibus officiis regiminibus consiliis et beneficiis comunis Venetiarum tam intus quam extra et cridentur in primo maiori consilio de festo solemni cridato vel in quo fiant de XII regiminibus per unum ex advocatoribus comunis. Verum si predicti furantes de bonis comunis vel aliter ab aliis accipientes contra commissiones vel capitularia sua volent restituere et restituent usque ad tres dies postquam fuerint requisiti ab advocatoribus non permittendo se convinci sed con-

fitendo se furatos fuisse de bonis comunis vel aliter accepisse ab aliis contra commissiones suas. Tunc teneantur solvere capitale et medietatem plus pro pena que dividatur ut supra. Et ultra hoc sint perpetuo privati officio vel regimine ubi commisissent debitum, et cridentur in maiori conscilio ut dictum est. Si vero predicti convicti fuerint furatos fuisse a libris .4. infra de bonis comunis vel ab aliis aliter accepisse contra capitularia et commissiones suas a libris centum ad grossos infra tunc predicti incurrant ad solvendum capitale et medietatem plus pro pena ad dictum terminum et sub dicta pena, que dividatur ut supra, et et ultra hoc sint perpetuo privati officio vel regimine ubi commisissent debitum et publicentur in maiori conscilio per advocatores comunis ut dictum est. Et si voluerint restituere et restituerint usque tres dies postquam fuerint requisiti ab advocatoribus non permittendo se convinci, sed confitendo se furatos fuisse de bonis comunis a libris .4. ad grossos infra vel aliter ab aliis accepisse a libris centum infra ad grossos Tunc ad dictum terminum et sub dicta pena teneantur solvere capitale et tercium plus pro pena que dividatur ut supra et ultra hoc priventur officio vel regimine ubi comisissent debitum. Verum si aliqui officiales, Rectores, Ambaxatores provisores vel alii ut dictum est scriberent in suis rationibus vel quaternis aliquas expensas vel alias res quas officiales rationum dicerent non potuisse poni, tunc cridetur quod hoc non

habeatur pro furto sed veniatur ad collegium Do=
mini consiliarii, capitulum XL, advocatorum et of=
ficialium rationum ubi taliter si dicte expense
erunt bene posite vel non sicut modo servatur
et sicut continetur in capitulari consiliariorum
in hac parte. Verum quia ubi abest fraus et
manifesta malicia non debet tanta pena imponi
ex nunc declaretur quod si aliqui Rectores offi=
ciales vel alii ut est dictum vigore alicuius sen
tentie determinationis vel alterius actus Iudi=
ciarii aut vigore alicuius publice consuetudinis
aliquid acciperent vel haberent contra id quod
deberent quod forte crederent posse licite accipere
vel dare, in hiis casibus non cadant ad dictas
penas furantium et malo modo accipientes sed
servetur illud quod servatur hodie videlicet quod
si voluerint restituere quod indebite acceperint
infra tres dies ipsum restituant sine alia pena.
si autem permiserint se duci et convinci ad
consilia cadant ad dictam penam dupli que
dividatur sicut dividitur hodie. Et de omnibus
dictis penis vel capitalibus non possit principalibus
contrafacientibus fieri gratia donum provisio revoca
tio remissio vel termini ellongatio sub pena du
catorum $\overset{c}{V}$ (500) pro quolibet ponente vel consen=
ciente partem in contrarium. Et pro inquirendis
melius predictis possint advocatores imponere pe=
nam et penas et personas vel ad sacramentum et
detinere in carceribus si opus fuerit pro haben=
da satisfactione predictorum et vendere mobile et
stabile principalium debitorum usque ad integram

solutionem predictorum et etiam suorum plezio=rum usque ad integram solutionem capitalis tantum ad quod capitale dicti plezii solummodo teneantur. Quibus plezijs etiam non possit fieri gratia, donum remissio, revocatio vel termini elongatio de dicto capi=tali sub pena ducatorum V.° (500) predicta imposi=ta pro principalibus. Intelligendo quod si aliquis po=pularis committeret contra predicta incurrat ad dictas penas salvo quod ubi datur pena nobilibus ef=fendi privatos officiis, benefitiis, regiminibus consi=liis comunis Veneciarum detur eis pena quod nun=quam possint venire in insula sancti Marci nec rivoalti sub pena librarum centum pro quolibet con=trafaciente et qualibet vice que exigatur per advo=catores habendo partem ut de aliis sui offitii. Et si accusator fuerit habeat tercium et sit de cre=dencia officium tercium et comune reliquum. &c. Et teneantur capita de XL singulis duobus men=sibus hanc partem facere legi in maiori consi=lio sub pena librarum XXV pro quolibet in festo solempni. Et addatur in capitularibus et com=missionibus omnium officialium et rectorum intus et extra et Ambaxatorum et provisorum et si consilium etc

(da carte 7 tergo).

Iuravit proficuum et honorem Veneciarum eun=do, stando et redeundo.

Data etc.

Item observabis in quantum ad te spectat partem captam in consilio Rogatorum et addicione ut in commissione potestatis Clugie

Sub hoc signo

(da carte 23).

Item observabis in quantum ad te spectat partem captam in consilio rogatorum et additione in Millesimo CCC LXXV. Indictione XIIII die XIIII februarii cuius tenor talis est: Quod pars capta in maiori consilio die tercio Junii nuper elapsi per quam datus fuit ordo Rectoribus nostris quibus deficerent tempore suorum Regiminis de familiis vel equis quos habere tenentur per suas commissiones. Quia videtur multis esse nimis gravis mitigetur et reformetur in hunc modum videlicet: Quod de cetero quilibet Rector in reditu suo postquam applicuerit Venetias teneatur infra unum mensem ire vel mittere ad offitiales rationum ad faciendum rationem cum eis et ad solvendum illud quod debebit dare et refundere nostro comuni pro familia vel equis qui sibi defecerint tempore sui Regiminis in ratione grossorum trium in die pro qualibet ente de familia sua et pro quolibet equo qui sibi defecissent pro tanto tempore quanto sibi defecerint. Verum si deficeret alicui Rectori aliquis de familia sua habeat dictus Rector terminum ad remittendum alium octo dierum. Et si aliquis equus sibi defecerit habeat terminum ad remittendum alium duodecim dierum. Et si remiserit ad dictos terminos nihil teneatur refundere comuni pro eis. Si autem non remiserit ad terminos antedictos tunc debeat refundere comuni a die qua sibi defecerint usque ad diem quo remiserit in ~~[illegible]~~ ratione predicta. Et hec observare

teneatur quilibet Rector sub pena librarum quingentarum Et nihilominus teneatur ad solvendum omne id quod debebit pro dictis defectibus in ratione dicta superius Cuius pene librarum quingentarum medietas sit accusatoris si fuerit per quem sciatur veritas et alia medietas dividatur inter comune nostrum et officiales rationum predictos. Et si aliquis Rector condemnaretur per officiales rationum quod deberet aliquid dare vel repondere Tunc ille Rector subiaceat parti capte in maiori consilio de modo servando contra illos qui non solvunt postquam eis preceptum fuerit per officiales rationum non obstante quod per illam partem officiales neque habeant partem et per istam sic. Et teneantur officiales rationum mittere pro Rectoribus nostris quando redierint veneciis a regiminibus suis et pro aliis qui sibi videbuntur et inquirere et examinare diligenter de predictis possendo ponere personas ad sacramentum et omnia alia opportuna facere pro executione premissorum.

(da carte 8. tergo)

(segue la cancellazione a carte 23)

Ego Johannes Nicholatus Rubeus m. m. ss.

Ego Daniel Chocho m m. ss.

Ego Andreas Michael m m. ss.

Ego Johannes Barbo m m ss.

Ego Lucas gradonico m m. ss.

Ego Johannes plumatio notarius curie suprascriptam commissionem vicedomini Aquileyae de mandato suprascriptorum dominorum ad hoc constitutorum cancellavi MCCCLXXVI ultimo Maii quia per ipsos dominos vel maiorem partem eorum predicta commissio reformata est et reducta in alio volumine ex autoritate et arbitrio attributo eis a maiori consilio.

[1] Venezia-Archivio di Stato - Commissioni - Vol. II [1]

Commissio Vicedomini Aquilegie

Michael Steno dei gratia dux Venetiarum etc

Iuro ad Evangelia sancta dei Ego Marcus de Caviali electus Vicedominus Aquilegie officium dicti vicedominatus fideliter apud Aquilegiam legaliter exercere et in predictis vel aliquibus predictorum amicum non iuvabo nec inimico nocebo per fraudem.

Et rationem faciam inter venetos qui ibidem erunt per tempora et de ipsis omnibus illis qui voluerint ab eis aliquid petere et hominibus foroiulii qui de ipsis venetis voluerint conqueri secundum formam pacti inter dominum Ducem et dominum Patriarcam.

Et servitium seu donum propterea non tollam nec tolli faciam, et si tultum per me sciero faciam quamcito potero et sciero illud reddi.

Et dabo operam ad conservandum et manutenendum Iura et Iurisdictiones que et quas dominus Dux et comune Venetiarum habere debent in terra illa et ad conservandas et recuperandas rationes et consuetudines, quas portulani in dicta terra debent habere. Et insuper ad recuperandum mensuras et pondera que fuerunt et esse debent de Iure Vicedominatus.

Item quandocumque aliqua questio fuerit coram me ille qui amittet causam debeat solvere quinque soldos parvorum pro libra quos dari faciam in manibus camerarii per me ordinati.

Item si aliquis homo de Venetiis et districtu cum vino, sale, oleo, caseo, carnibus vel aliis rebus Aquilegiam venerit contra banna et ordinamentum domini ducis et Comunis Venetiarum dabo operam quod ei et eis qui adduxerint auferantur ligna cum quibus

portabuntur. Et domino duci presententur et mittam eis in
scriptis nomina eorum qui portaverint dictas res de quibus
quicumque accusaverit ita quod per eius accusationem ve-
ritas habeatur debeat habere medietatem et si hoc per me
fieri non potest dabo inde notitiam domino duci quam
cito potero, propterea si acciderit quod aliqui qui non
sint de districtu Venecie iverint cum vino, sale, oleo
carnibus et aliis rebus contrabannum et ordinamenta
domini ducis et venerint Aquilegiam vel in aliam ~~partem~~
partem foroiulii dabo operam ad sciendum veritatem
^si invenerit et unde fuerit et quid portaverint, et ea cognita de-
notabo domino duci.

Item teneor et debeo videre omnia sigilla salis
qui ad partes Aquilegie portabitur Et si mihi vide-
bitur facere sazari salem faciam Et si invenero salem
plus quam in sigillo contineatur faciam salem et lignum
in quo portatum erit intromitti et mittam declarando do-
mino duci ad hoc ut inde fiat quod fuerit faciendum

Item teneor et debeo stare in Aquilegia octo
menses anni salva tamen voluntate domini ducis et
sui Consilii.

Et omnia que ad manus meas pervenerint
de rationibus spectantibus vie dominatui et recuperari
potuerunt et de his que dicta sunt salvabo et sal-
vari faciam ad hoc ut inde fiat quod per dominum
ducem et eius consilium fuerit ordinatum.

Teneor insuper et debeo accipere sacramentum
omnibus portulanis secundum formam sacramenti
hactenus consuetis.

Habere quidem debeo libras ducentas in anno quam
pecuniam habere debeo de vino concesso per gratiam

sicut est ordinatum, et teneor et debeo habere ad
meum servitium duos famulos quod salarium meum ha
bere debeo hoc modo, quoniam habere debeo omnes intra
tus qui intrant de ratione vicedominatus et quod de
ficit habere debeo de gratia vini ut dictum est. Et est
sciendum quod illo tempore quo stare poterat olim vi
cedominus Aquilegie Veneciis stare non possum nisi
in foroiulio in illa terra que mihi sanior videbitur ad
hoc ut possint secreta occurrentia per me melius provideri
habendo de salario propterea plus de eo quod dictum
est soldos viginti grossorum in anno et debeo esse per
tres annos.

Preterea est sciendum quod teneor stare in hoc
vicedominatu per tres annos et habere mecum et tene
re meis expensis unum Notarium pro quo habere debeo
libras octuaginta in anno et teneor et debeo inquiri
facere de omnibus barchis et lignis que caricabun
tur in Aquilegia causa veniendi venecias de quo vel
quibus mercationibus caricabuntur et quantum fuerit
in uno quoque ligno et de omnibus mittere debeo
literas vicedominis, notificando eis quo talis Nauclerius
venit Venecias cum tantis mercationibus, et acceptam
ab eis securitatem quod Venecias veniant et quod
Vicedominis literas meas presentent, et non aliam par
tem vadant ullo modo et quod mihi reducat literas
a Vicedominis quod Venecias venerint cum mercationi
bus et rebus predictis. Et insuper accipiam sacra
mentum ab omnibus barcharolis quod predicta om
nia observent, ut superius dicta sunt nomina quo
rum scribi faciam in uno quaterno per Notarium
meum. Et non permittam predictum meum Nota-

zium aliquom solucionum accipere ab aliquo fideli omnini ducis pro aliqua contralitera.

Item teneor et debeo antequam recedam de isto Regimine facere rationem successori meo de omnibus que dimittam in Communi tam in denariis quam in aliis rebus omnibus et predictus successor vel successores tenentur audire et recipere dictam rationem et ipsam per suas litteras domino duci significare per precessorem suum per singulum.

Item observabo partes captas in Rogatis videlicet quod Capitanei Rectores, Ambaxiatores Nuntii et omnes alie persone que habuerint et ministraverint de pecunia nostri comunis quoquomodo teneantur et debeant infra XV dies postquam applicuerit Venecias consignasse officialibus rationum omnes quaternos et rationes suas in pena tantumdem eius quod inventum fuerit per suos quaternos et rationes ipsos nostro comuni teneri de pecunia comunis. Ac etiam teneantur infra dies quindecim postquam assignaverint quaternos expensarum et agoriorum suorum designare et dare dictis officialibus rationum omnem et singulam quantitatem pecunie que eis restabit et superhabundabit ab expensis et agotiis suis in pena et sub pena tantumdem eius quod retinebunt et non dederint nec assignaverint ut dictum est.

Item vinum quod per dominum ducem michi de gratia conceditur quod est Amphore sex pro meo usu non possum portari facere alio quam in Acquilegiam pro meo usu vel pro vendendo ipsum in Acquilegiam in grosso sed non possum dictum

vinum vendi vel vendi facere in Aquilegia vel in foroiulio ad spinam vel ad minutum in taberna vel aliter modo aliquo vel ingenio quod vinum debeo extrasisse de Veneciis ad plus infra decem menses post exitum meum.

Item iudices quatuor et Camerarium unum constituam de fidelibus domini ducis et eos habebo sicut habuerunt alii vicedomini cum illis salario et condictionibus quibus consueverunt esse et habere. Et omnes condempnationes et sententias faciam cum dictis iudicibus et camerario vel maiori parti ipsorum qui fuerint presentes Et si dicti Iudices et Camerarius in danda sententia fuerint discordes illam partem capiam que mihi melior apparebit. Et ipsas sententias sic factas teneor exequi meo posse Et omnem pecuniam quam inde recepero et omne id quod ex offitio isto ad manus meas pervenerit tam de condempnationibus quam de quadragesima quam de omnibus rebus aliis spectantibus ad Comune Venetiarum in ratione huius officii ordinate faciam evenire in manibus dicti Camerarii et scribi ordinate in uno quaterno per meum notarium vel alium et quando rationem faciam meo successori illam faciam in presentia dictorum meorum Iudicum et Camerarii vel maioris partis eorum qui erunt presentes de omnibus receptis et expensatis per me quas expensas similiter faciam cum consilio meorum Iudicum, Camerarii vel maioris partis qui fuerint presentes. Et Capitulare meorum Iudicum Camerarii et alia consilia sicut conti-

nent observare teneor et dimittere successori meo ut ipsa observet cum omnibus pactis et scripturis nostri comunis.

Nec permittam aliquem qui sit vel esse debeat de mea familia et ad soldum meum habere soldum comunis sub pena ducatorum decem pro quolibet ducato valoris totius eius quod ille talis recepisset, et ultra hoc privationis Regiminis.

Millesimo CCC LXI die quarto Julii Capta fuit pars in Maiori consilio quod addatur in commissione omnium Rectorum, quod de omnibus condempnationibus quas facient in suis Regiminibus non possint postquam eas fecerint se impedire in remittendo vel revocando in toto vel parte ullo ingenio seu forma.

Item teneor et debeo mecum habere de mercatoribus et fidelibus domini ducis et simul cum aliquibus de Aquilegia per officiales de Aquilegia deputatos ponam et mensuras ad iustum ponctum, more solito, et sicut alias factum fuit tempore nobilis viri Petri Georgio olim vicedomini.

Item faciam teneri stationes fidelium domini ducis in Aquilegia clausas in diebus festivis et solemnibus que per illos de Aquilegia celebrantur et penas super hoc per me impositas exigam a contrafacientibus quas converti faciam secundum quod solitum fuit et est.

Item observabo partem captam in consilio rogatorum Millesimo tregentessimo quinquagesimo nono videlicet. Quoniam omnes

Officiales. Rectores Ambaxatores provisores vel alii quo-
cumque nomine nuncupentur qui de cetero convi-
per advocatores comunis quod furati fuerint
cti fuerint de bonis et havere comunis libras. L.
ad grossos vel inde supra aut acceperint ab aliis
contra Commissiones et Capitularia sua libras
Centum ad grossos vel inde supra modo aliquo
vel ingenio. intelligantur ex nunc cecidisse ad
solvendum capitale et tantumdem pro pena us-
que ad tres dies postquam fuerint convicti sub
pena soldorum quinque pro libra tam capitalis
quam pene que pena dividatur per medium
videlicet medietas sit advocatorum comunis et
alia medietas sit comunis, et si fuerit accusator
pena dividatur per tertium et sit de credentia.
Et ultra hoc sint perpetuo privati omnibus officiis
regiminibus, consiliis et beneficiis comunis venetia-
rum tam intus quam extra et cridentur in pri-
mo maiori consilio de festo solemni cridato vel in
quo fiant de XII Regiminibus per unum ex advo
catoribus comunis. Verum si predicti furantes
de bonis comunis vel aliter ab aliis accipientes
contra commissiones et capitularia sua, volent
restituere et restituent usque ad tres dies post
quam fuerint requisiti ab advocatoribus, comu-
nis non permittendo se convinci sed confi-
tendo se furatos fuisse de bonis comunis vel ali-
ter accepisse ab aliis contra commissiones suas
Tunc teneantur solvere capitale et medietatem
plus pro pena que dividatur ut supra. Et ultra
hoc sint perpetuo privati officio et regimine u-
bi commisissent delictum. Et cridentur in

maiori consilio ut dictum est. Si vero predicti convicti fuerint furatos fuisse a libris .4. infra de bonis comunis vel ab aliis aliter accepisse contra capitularia et commissiones suas a libris Centum infra ad grossos tunc predicti incurrant ad solvendum capitale et medietatem plus pro pena ad dictum terminum et sub dicta pena que dividatur ut supra Et ultra hoc sint perpetuo privati officio vel Regimine ubi commisissent delictum et publicentur in maiori consilio per unum ex advocatoribus comunis ut dictum est et si volent restituere, et restituent usque ad tres dies, postquam fuerint requisiti ab advocatoribus non permittendo se conuinci sed confitendo se furatos fuisse de bonis comunis a libris. 4. ad grossos infra vel aliter ab aliis accepisse a libris Centum infra ad grossos tunc ad dictum terminum et sub dicta teneantur solvere capitale et tertium plus pro pena que dividatur ut supra. Et ultra hoc privatur officio vel regimine ubi comitissent delictum. Verum si aliqui officiales Rectores, Ambaxatores provisores vel alii ut dictum est scriberent in suis rationibus vel quaternis aliquas expensas vel alias res quas officiales rationum dicerent non potuisse poni. Tunc ordinetur quod hoc non habeatur pro furto sed veniatur ad Collegium domini Consiliariorum Capitum de XL Advocatorum comunis et officialium rationum ubi terminetur si dicte expense erunt bene posite vel non sicut modo servatur et sic continetur in capitulari Con=

sitiariorum in hac parte. Verum quia ubi abest pravitas et manifesta malitia non debet tanta pena imponi. Ex nunc declaretur quod si aliqui rectores officiales vel alii ut dictum est vigore alicuius sententie determinationis vel alterius actus iudiciarii aut vigore alicuius publice consuetudinis aliqui acciperent vel darent contra id quod deberent quod forte crederent posse licite accipere vel dare in his casibus non cadant ad dictas penas furantium et malo modo accipientium sed servetur illud quod servatur hodie videlicet quod si voluerint restituere quod indebite acceperint infra duos dies ipsum restituant sine aliqua pena, si autem permiserint se duci et convinci ad Consilia cadant ad dictam penam dupli que dividatur sicut dividitur hodie. Et de omnibus dictis penis vel capitalibus non possit principalibus contrafacientibus fieri gratia donum provisio, revocatio, remissio vel termini elongatio sub pena ducatorum V (500) pro quolibet ponente vel consentiente partem in contrarium Et pro inquirendo melius predictis possint advocatores imponere penam et penas et personas ad sacramentum et detinere in carceribus si opus fuerit pro habenda satisfactione predictorum et vendere mobile et stabile principalium debitorum usque ad integram solutionem predictorum et etiam suorum plezeriorum usque ad integram solutionem capitalis tantum ad quod capitale dicti plezii solummodo teneantur quibus plezijs etiam non possit fieri gratia donum remissio revocatio vel

termini elongatis de dicto capitali sub pena ducatorum V.^c pre-
dicta imposita pro principalibus.

Item observabis in quantum ad te spectat par-
tem captam in Consilio Rogatorum et additione MCCCLXXV
Indictione XIIII die XIIII februarii cuius tenor talis est.
Quod pars capta in Maiori Consilio die III Junii nuper
elapsi per quam datus fuit ordo Rectoribus nostris qui-
bus defecerent tempore suorum regiminum de familiis
vel equis quos habere tenentur per suas commissiones
quia videtur multis esse nimis gravis mitigetur et re-
formetur in hunc modum videlicet Quod de cetero qui-
libet Rector in redditu suo postquam applicuerit Vene-
tias teneatur infra unum mensem ire vel mittere ad
officiales rationum ad faciendum rationem cum eis
et ad solvendum illud quod debebit dare et refun-
dere nostro comuni pro familia vel equis qui sibi
defecerint tempore sui Regiminis in ratione gros-
sorum trium in die pro quolibet ente de familia
sua, et pro quolibet equo qui sibi deficiessent pro tan-
to tempore quanto sibi deffecerint. Verum si deffi-
ceret alicui rectori aliquis de familia sua habeat
dictus Rector terminum ad remittendum alium
octo dierum et si aliquis equus ei deffecerit habeat
terminum ad remittendum alium duodecim die-
rum, et si remiserit ad dictos terminos nichil
teneatur refundere nostro comuni pro eis, si autem
non remiserit ad dictos terminos tunc debeat re-
fundere Comuni a die qua defecerit usque ad
diem quo remiserit in ratione predicta. Et hec ob-
servare teneatur quilibet Rector sub pena libra-
rum V. et nihilominus teneatur ad solvendum

omne id quod debebit pro dictis deffectibus in ratione dicta superius cuius pene librarum .V. medietas sit accusatoris si fuerit per quem sciatur veritas et alia medietas dividatur inter commune nostrum et officiales rationum predictos. Et si aliquis Rector condemnaretur per officiales rationum predictos quod deberet aliquid dare vel respondere tunc ille rector subiaceat parti capte in maiori Consilio de modo servando contra illos qui non solvunt postquam eis preceptum fuerit per officiales racionum non obstante quod per illam partem officiales non habeant partem et per istam sic. Et teneantur officiales rationum mittere pro Rectoribus nostris quando redierint Veneciis a Regiminibus suis et pro aliis qui sibi videbuntur et inquirere et examinare diligenter de predictis possendo ponere personas ad sacramentum et omnia alia oportuna facere pro executione premissorum.

Item sciendum est quod in millesimo trecentesimo septuagesimo sexto die tercio decimo mense Marcii. Captum fuit in Rogatis et additione Quod ad similem condicionem penas et strictoras sint omnes officiales nostri de extra Veneciis qui teneantur habere familias vel equos per formam suarum commissionum vel capitulariorum.

Omnia que mihi mandabit dominus dux attendam et observabo bona fide sine fraude.

Iurasti et c.

Data etc

(Venezia Archivio di Stato Commissioni vol. III c. 66).

Commissio Castellani Belfortij 1382–1462.

Commissio Castellani Belfortis

Nos Anthonius Venerio Dei gratia dux Veneciarum etc. Committimus tibi Nobili Viro . . . . Dilecto fideli nostro quod ire debeas in castellanum et rectorem castri Belfortis et gentis nostre navigiorum que sunt et erunt de cetero apud dictum castrum et in pertinencijs eius. Ipsum castrum et habitantes in illo regendo legaliter et bona fide ad honorem nostrum et **comunis** veneciarum a die quo illuc applicueris usque unum annum et tantum plus donec applicuerit successor tuus, habendo solutionem pro rata de illo tempore quo steteris ultra annum.

Cui successori tuo teneris, et debes ante exitum nostri regiminis facere rationem de omnibus introitibus et exitibus tam denariorum quam rerum aliarum omnium que ad manus tuas pervenerint per totum tempus tui regiminis, qui successor tuus tenetur dictam rationem audire et recipere et ipsam per eius litteras nobis significare. Et insuper teneris et debes in introytu dicti tui regiminis nobis scribere particulariter et distincte omnes municiones bladorum armorum et aliarum rerum tibi assignatarum per precessorem tuum predictum.

Et condiciones ac bonitatem et qualitatem
eorum. Et nos et consiliarij nostri tenemur ~~autos~~ litteras
mittere officialibus rationum quibus commis-
sum est, quod habeant unum quaternum
in quo scribantur omnes munitiones cuiusli-
bet loci per se et designationes que facte fue-
rint de tempore in tempus, Et quod quando-
cumque sibi presentabuntur litere designa-
tionum debeant diligenter examinare de
rebus deficientibus vel devastatis et si propter
defectum vel negligentiam rectorum ali-
quid defecerit vel devastatum fuerit ha-
beant libertatem sententiandi et termi-
nandi quod reficiant et solvant de suo id
quod eis iustum videbitur, pro emenda-
cionis et imponendi pro hoc penam et
penas eis sicut videbitur, salvo semper ad-
vocatorum communis officio. Et de toto eo
quod dicti officiales sententiaverint dictos
rectores, et exegerint pro emenda et satisfactio-
ne habere debeant~~ur~~ soldos duos pro libra.

Diem autem quo in hoc tuo regi-
mine intrabis, nobis quam cito poteris in-
timabis.

Rationem et iusticiam facies apud
dictum castrum sicut ad honorem nostrum
videris spectare

Studiosus eris ad custodiendum et
custodiri faciendum diligenter dictum

Castrum die noctuque, tenendo et habendo in eo semper illam quantitatem hominum armatorum, que per nos et consilium nostrum ordinatum fuerit debere ibi teneri, pro defensione et custodia ipsius castri. Ac pontem etiam facies custodiri. Faciendo fieri etiam illa laboreria que cum nostro consilio tibi duxerimus committenda.

Item eris studiosus ad custodiendum et custodiri faciendum et prohybendum quod per loca et buccas que sunt in partibus dicti castri, non portentur nec conducantur aliqua victualia vel mercationes, contra banna et ordinamenta nostra. Et si que persone deprehense fuerint vel invente, ire vel ivisse contrabanna tempore tue castellanie cum victualibus vel mercationibus contra banna et ordinamenta nostra teneris tam predictas personas quam victualia que detenta, seu detente reperta seu reperte fuerint ad nos Venetias destinare. De illis vero personis que scieris fecisse contrabanna predicta et ordinamenta, que tamen non fuerint detente, et de rebus quas scieris duxisse vel portasse tempore tue castellanie, contra predicta banna et ordinamenta nostra, debeas nobis per tuas litteras significare.

Habere quidem debes pro tuo sala-
rio libras ducentas in anno, et propterea
habere et tenere debes duos famulos quo-
rum unus sciat scribere. Qui famuli
tui debent esse veneti vel habitasse Vene-
cijs per decem annos.

Donum vel presens non recipies
nec recipi facies ullo modo per te vel
alium, nec tabernam tenere, nec etiam
habere soldaderios pro te, nec potes sub
debito sacramenti per totum tempus tui
regiminis, et per unum annum post, con-
trahere vel contrahi facere matrimonium,
nec impetrare vel impetrari facere ali-
quam prebendam vel beneficium in
locis tui regiminis pro te, filijs, vel alijs,
nec procurare vel tractare, quod hec fiant,
pro te vel alijs ullo modo.

Et debes facere teneri tabernam pro
nostro comuni cum hac condicione, quod
debes facere emi amphoram vini libris decem.
et facere vendi libram vini ipsius denariis duo-
decim. De amphora cuius vini comune
nostrum lucrari debeat libras tres et soldos
duodecim.

Preterea eris studiosus ad inquiren-
dum, et inquiri faciendum et significan-
dum nobis quicquid tibi videbitur fore fa-

ciendum apud castrum predictum, et eius occasione pro utilitate nostri comunis.

Et potes facere mercatum.

Ille vero quem de custodibus tuis deputabis ad dictum vinum vendendum habere debet pro remuneratione sua quolibet mense quo steterit ad predictum vinum vendendum soldos XX parvorum ultra soldum sibi constitutum, Et nos faciemus tibi dari soldos decem grossorum pro vino emendo et soldos duos grossorum pro oleo.

Non potes nec debes venire Venecias per totum tempus tui regiminis, aliqua occasione nisi occasione infirmitatis tui corporis, quam prius nobis et nostro consilio exponere debes quo facto si nos cum maiori consilio tibi licentiam dederimus, venies, et stabis, secundum licentiam tibi datam, et te expedies quam citius poteris bona fide, Et si veneris Venetias occasione infirmitatis persone tue, de tanto tempore quanto steteris infirmus in domo, salarium tuum perdere non debes. Et si infra tres dies, postquam de domo exiveris ad tuum regimen non redibis, perdere debes salarium in duplum, quos denarios dabis infra unum mensem nostris camerarijs comunis postquam Venetias applicueris. Verum si steteris ultra duos menses

per totum tempus tui regiminis, eris extra dictum regimen. Et hoc revocari non potest nisi per quinque Consiliarios XXX. de XL et duas partes maioris consilij. Et non debes exire de istria, toto tempore tui regiminis, absque nostra licencia, et maioris consilij.

Et si quis habens cancellariam scribaniam vel postam pedestrem vel equestrem vel aliam postam capitaneriam barochiorum seu aliud officium vel consilium in aliqua terra nobis subiecta, per pecuniam vel aliam provisionem fecerit vel tractaverit, taliter quod aliquod eorum sibi detur, vel in alium transferatur, ipsa dacio vel transactio non valeat nec teneat sed de presenti removeatur, et loco illius per ducale Dominium alius subrogetur, et Nichilominus totum quod dedisset vel habuisset, vel alius pro eo, occasione predicta, restituatur in totum ei qui dederit. Et insuper incurrat qui tractaverit et fecerit contra predicta, in pena medietatis totius quod habuerit vel habere debuerit, vel alius pro eo, que pena per advocatores comunis exigatur habentes medietatem et alia medietas sit comunis. Et illi qui darent vel procurarent cadant de medietate

eius quod dederint vel promiserint pro pena que dividatur ut supra. Verum si accusator fuerit dicta pena dividatur per tertium. Et iniungatur alijs nostris rectoribus quod predicta observent et faciant observari. Et contrafacientes mittantur advocatoribus comunis.

Item observabis partem captam in consilio Rogatorum in M.CCCLVIIIJ°. Videlicet. Quod omnes officiales, Rectores, ambaxiatores, provisores vel alij quocumque nomine nuncupentur, tam intus, quam extra, qui decetero convicti fuerint, per advocatores comunis quod furati fuerint de bonis comunis librarum L. ad grossos vel inde supra, aut acceperint ab alijs contra commissiones et capitularia sua libras C. ad grossos vel inde supra, modo aliquo, vel ingenio, Intelligantur ex nunc cecidisse ad solvendum capitale et tantundem pro pena, usque ad tres dies postquam fuerint convicti, sub pena soldorum V pro libra, tam capitalis, quam pene, que pena dividatur per medium Videlicet, medietas sit advocatorum, et alia medietas sit comunis. Et si fuerit accusator, pena dividatur per tertium, et sit de credentia. Et ultra hoc sint perpetuo privati omnibus officijs, regiminibus, consilijs, et beneficijs comunis Veneciarum tam intus, quam extra. Et videatur

in primo maiori consilio de festo so-
lemni cridato, vel in quo fiant de duo-
decim reginimibus, per unum ex advoca-
toribus comunis. Verum si predicti furan-
tes de bonis comunis, vel aliter ab alijs
accipientes contra commissiones et capi-
tularia sua, volent restituere, et restituent
usque ad tres dies postquam fuerint requi-
siti ab advocatoribus non permittendo se
convinci. Sed confitendo se furatos fuisse
de bonis comunis vel aliter accepisse ab alijs
contra commissiones suas. Tunc teneantur
solvere capitale et medietatem plus pro pena
que dividatur ut supra. Et ultra hoc sint
perpetuo privati officio vel regimine ubi
commisissent delictum, et cridentur in pri-
mo maiori consilio ut dictum est. Si vero
predicti convicti fuerint furatos fuisse a
libris quinquaginta infra de bonis comunis
vel ab alijs aliter accepisse contra commissio-
nes et capitularia sua a libris centum ad pro-
sos infra. Tunc predicti incurrant ad sol-
vendum capitale et medietatem plus pro pe-
na, ad dictum terminum, et sub dicta pe-
na que dividatur ut supra. Et ultra hoc
sint perpetuo privati officio vel regimine
ubi commisissent delictum, et publicentur in
maiori consilio per advocatores ut dictum
est. Et si volent restituere et restituent vel sol-
vere et solvent usque ad tres dies postquam
fuerint requisiti ab advocatoribus, non permit-

tendo se conuinci, sed confitendo se furatos fuisse de bonis comunis a libris ½ infra ad grossos vel ab alijs aliter accepisse a libris C. infra ad grossos tunc ad dictum terminum et sub dicta pena teneantur solvere capitale et tertium plus pro pena, que dividatur ut supra et ultra hoc priventur officio vel regimine ubi commitissent delictum. Verum si aliqui rectores, officiales, ambaxiatores, provisores vel alij ut dictum est, scriberent in suis rationibus vel quaternis aliquas expensas vel alias res quas officiales rationum dicerent non potuisse poni tunc ordinetur quod hoc non habeatur pro ~~[illegible]~~ furto, sed veniatur ad collegium dominii consiliarorum capitum advocatorum et officialium rationum, ubi terminetur si dicte expense erunt bene posite vel non, sicut modo servatur et sicut continetur in capitulari consiliariorum in hac parte. Sed ubi abest fraus et manifesta malicia, non debet tanta pena imponi, ex nunc declaretur quod si aliqui rectores officiales vel alij ut dictum est, vigore alicuius sententie determinacionis vel alterius actus iudiciarij aut vigore alicuius publice consuetudinis aliquid acciperent vel darent contra id quod deberent, quod forte crederent posse licite accipere vel dare, In his casibus non cadant ad dictas penas furantium et malo modo accipientium, sed servetur illud quod servatur hodie. Videlicet, quod si voluerint restituere

et restituent quod indebite acceperint infra tres dies ipsum restituant sine alia pena. - Si autem permiserint se duci et convinci ad consilia cadant ad dictam penam dupli que dividatur sicut dividitur hodie. Et de omnibus dictis penis vel capitalibus non possit principalibus contrafacientibus fieri gratia, donum, remissio, revocatio vel termini elongatio sub pena ducatorum V. pro quolibet ponente vel consentiente partem in contrarium. Et pro inquirendis melius predictis possint advocatores imponere penam et penas et personas ad sacramentum et detinere in carceribus si opus fuerit pro habenda satisfactione predictorum. Et vendere mobile et stabile principalium debitorum usque ad integram solutionem predictorum, et etiam suorum pleziorum usque ad integram solutionem capitalis tantum, ad quod capitale dicti plecij solummodo teneantur, quibus plecijs etiam non possit fieri gratia, donum, remissio, revocatio, vel termini elongatio de dicto capitali, sub dicta pena imposita pro principalibus.

Item observabis partem captam in nostris consilijs minorum Rogatorum et XL^ta. in quantum ad te spectat videlicet. Quod pro obviando contrabannis que fiunt de sale qui de partibus Istrie et

inde ultra, portatur cotidie contra banna nostra in grave damnum et preiudicium nostri comunis. Ordinetur quod de cetero quicumque commiserit contra banna predicta, ultra penas ammissionis navigij et salis, et alias penas quas incurrunt, ~~Incurrerent~~ Incurrant penam standi duobus annis in uno carcerum inferiorum pro prima vice qua fuerint inventi. Et si ab una vice supra fuerint deprehensi in contrabanno, duplicetur eis dicta pena carceris, et ultra hoc perpetuo banniantur de illa terra nostra, unde fuerit habitator. Et si contingeret, quod aliquod navigium iret vel ivisset contra banna predicta, Et aliqui ex marinarijs caperent et conducerent patronum in manus Dominij, sint ipsi marinarij absoluti ab omni pena, et habeant libras CC. a nostro comuni pro persona patroni. Et nichilominus habeant de navigio et contrabanno quod ~~putarent~~ presentarent medietatem. Et si marinarij ceperint se unus alterum, et presentaverint se Dominio seu se accusaverint taliter quod veniant in manus Dominij habeant libras C parvorum a nostro comuni pro quolibet marinario presentato et taliter accusato et sint absoluti presentantes ab omni pena. Sit etiam licitum quibuscumque personis generaliter tam deputatis ad custodiam

quam non Deputatis, omnia contra-
banna intromittere salis huiusmodi
quem invenerint, et personas que ipsa
committerent, et ipsa omnia presentare
Dominio habentes medietatem eius quod
presentaverint. Et ultra hoc libras CC. pro
persona patroni et libras C. pro persona
marinarij a nostro comuni. Tota vero
pecunia, que pro predictis casibus solve-
tur per comune, postea exigatur de bonis
culpabilium si poterunt reperiri. Et si
non poterunt reperiri nunquam exeant
de carceribus nisi solverint. Et predicta
committantur catavere et omnibus no-
stris rectoribus a polmentorijs et abadalena
citra cum omnibus modis libertatibus et
condicionibus cum quibus eis commissa
sunt contrabanna. Qui videlicet cata-
vere in Venetijs et rectores predicti in par-
tibus suorum regiminum hec omnia
faciant singulis tribus mensibus publice
proclamari. Et de penis premissis non
possit fieri gratia sub pena librarum V. pro
quolibet consiliario capite vel alio ponente
vel consentiente partem in contrarium.

Item observabis in quantum ad te
spectat partem captam in consilio Roga-
torum et addicione in MCCCLXXV. Indicione
VIIIJ.ª die XIIIJ.º februarij huius tenor talis est. Quod
pars capta in maiori consilio die IIJ.º Junij

nuper elapsi per quam datus fuit ordo recto-
ribus nostris quibus deficerent tempore suorum
regiminum de familijs vel equis quos ha-
bere tenentur per suas commissiones, quia
videtur multis esse nimis gravis mitigetur
et reformetur in hunc modum. Videlicet. Quod
decetero quilibet rector in reditu suo post-
quam applicuerit Venetias, teneatur in-
fra unum mensem ire vel mittere ad
officiales rationum, ad faciendum rationem
cum eis, et ad solvendum illud quod debebit
dare et refundere nostro comuni pro fami-
lia vel equis qui sibi defecerint tempore
sui regiminis in ratione grossorum
trium in die pro quolibet ente de fami-
lia sua et pro quolibet equo qui sibi
defecisset pro tanto tempore quanto sibi
defecerint. Verum si deficeret alicui rectori
aliquis de familia sua, habeat dictus rector
terminum ad remittendum alium octo
dierum, Et si aliquis equus sibi defecerit
habeat terminum ad remittendum alium
quindecim dierum, Et si remiserit ad dictos
terminos nichil teneatur refundere comu-
ni pro eis, Si autem non remiserit ad
terminos antedictos tunc debeat refundere
comuni a die qua sibi defecerint usque
ad diem quo remiserit in racione pre-
dicta, Et hec observare teneatur quilibet
rector sub pena librarum V^c. et nichilo-
minus teneatur ad solvendum omne id.

quod debebit, pro dictis defectibus in ratione dicta superius. cuius pene librarum V. medietas sit accusatoris si fuerit per quem sciatur veritas, et alia medietas dividatur inter comune nostrum et officiales rationum predictos, Et si aliquis rector condemnaretur per officiales rationum quod deberet aliquid dare vel refundere tunc ille rector subiaceat parti capte in maiori consilio de modo servando contra illos qui non solvunt, postquam eis preceptum fuerit per officiales rationum non obstante quod per aliam partem officiales non habeant partem et per istam sic. Et teneantur officiales rationum mittere pro rectoribus nostris quando redierint Venetias a regiminibus suis, et pro aliis qui sibi videbuntur et inquirere et examinare diligenter de predictis, possendo ponere personas ad sacramentum et omnia alia opportuna facere pro executione premissorum.

Scire etiam debes quod per partem captam in maiori consilio MCCCLXXV. die XVI. Aprilis. cum redieris Venetias a regimine tuo, potes si tibi videbitur, usque ad tres menses tunc proximos venire ad consilium rogatorum, et ponere partem et partes de provisionibus de quibus haberes ~~officium~~ conscientiam pro bono huius regi=

minis et pro honore et statu comunis Venetiarum ut in dicta parte plenius continetur.

Item observabis partes captas in Rogatis, videlicet. Quod capitanei rectores, ambaxiatores, nuntij et omnes alie persone que habuerint et administraverint de pecunia nostri comunis quoquomodo, teneantur et debeant infra quindecim dies postquam applicuerint Veneciis consignasse officialibus rationum omnes quaternos et rationes suas in pena tantundem eius quod inventum fuerit per suos quaternos et rationes ipsos nostro comuni teneri de pecunia comunis. Ac etiam teneantur infra dies quindecim postquam assignaverint quaternos expensarum et agotiorum suorum consignare et dare dictis officialibus rationum omnem et singulam quantitatem pecunie que eis restabit et super abundabit ab expensis et agocijs suis, in pena et sub pena tantundem eius quod retinebunt, et non dederint nec assignaverint ut dictum est.

Et si aliqua sententia lata fuerit per te in contrarium alicuius, et ille qui sententiam habuerit contrariam reputans se inde gravatum ad auditores nostros sententiarum recurrere voluerit et conqueri de prolatione dicte sententie

tenere ad requisitionem dicti conquerentis facere dari sibi omnes scripturas pertinentes ad factum dicte questionis sub tuo sigillo, sed sine sigillo nullatenus debeant sibi dari. Et si propter negligentiam vel defectum tuum qui cognosci debet per dictos auditores sententiarum, predicte scripture non fuerint date omnes sub tuo sigillo videlicet ille quas requisiverit pars, tu teneris ad restitutionem et emendam expensarum propterea factarum per dictum conquerentem silicet illarum que erunt iuste et rationabiles que tanxari debeant per dictos auditores. (Commissioni vol. IV. c. 114)

(Item ponatur pars posita in commissione Potestatis et Capitanei Iustinopolis sub hoc signo)

Insuper observabis partem captam in nostris consilijs rogatorum et additione 1366, Indicione quarta, die viij Junij. Videlicet: Cum in commissionibus aliquorum Rectorum nostrorum Istrie sit quoddam Capitulum continens quod ipsi non debeant tenere in suis terris aliquem forbanitum per aliquem Potestatem alicuius dictarum terrarum qui sit forbannitus pro furto raubaria vel tradimento suarum terrarum. Et quod teneantur dicti Rectores in fine suorum Regiminum mittere in scriptis unus alteri forbannitos de suis terris pro causis predictis, seu pro alio notabili excessu, ut in dicto Capitulo continetur. Et in facto tradimenti et assassinarie non debeat sufficere quod tales homines expellantur,

ymo sit conveniens quod capiantur et mit-
tantur ad locum ubi commiserunt dictum
delictum. Corrigatur dicta pars in illo pun-
cto ubi dicit, quod non possint ~~[illegible]~~ stare
in terris nostris, et ordinetur quod illi qui
essent pro tradimento vel assasinaria
capi debeant et mitti ad illam terram no-
stram ubi commiserint dictum excessum,
ut secundum eorum demerita puniantur.
Preterea in illo puncto ubi dicitur in
Capitulo Quod Rectores Istrie, in fine suo-
rum Regiminum debeant mittere in scri-
ptis unus alteri forbannitos de suis terris, pro
furto, robaria vel tradimento, sive alio nota-
bili excessu, corrigatur in facto tradimen-
ti et assasinarie in hunc modum vide-
licet, quod dicti Rectores debeant statim, et
non spectando ad finem suorum Regimi-
num notificare et mittere in scriptis unus
alteri malefactores qui essent pro tradimento
et assasinaria, ut si reperti fuerint in ter-
ris nostris, capiantur et mittantur ut di-
ctum est. (Commissioni vol. III c. 16)

Item observabis partem captam in consilio Rogatorum millesimo trecentesimo octua-
gesimo octavo, die octavo mensis augusti, Indictione undecima, cuius tenor talis est,
Cum multociens per communitates Istrie etc. prout in commissione Justinopolis continetur
sub hoc signo ([signum] Commissioni vol. III c. 16 t°.)

Item observabis partem infrascriptam
captam in consilio Rogatorum quadraginta

et additione millesimo trecentesimo octua-
gesimo octavo, mense augusti, die octavo.
Indictione undecima, cuius tenor talis est.
Cum multociens per comunitates Istrie et
a grado ad caput aggeris petantur a nostro
comuni subventiones denariorum pro ex-
pensis aptationum dictorum locorum,
quos denarios postea requisitos ab illis
comunitatibus per nostros officiales ratio-
num, dicte comunitates recusant dare di-
centes se fore pauperes et non habere tot
introytus quod possint solvere, quod re-
dundat in magnum damnum nostri co-
munis, et bonum sit providere super hoc,
Vadit pars, secundum consilium nostro-
rum officialium Rationum, quod omnes
Rectores nostri Istrie, et a grado ad ca-
put aggeris, teneantur, quando redibunt
Venetias a suis Regiminibus, conducere se-
cum Rationes illarum comunitatum
tam de introitu, quam de expensis, par-
ticulariter et distincte, et illas teneantur
monstrare dictis nostris officialibus Ratio-
num, per illum modum quo monstran-
tur Rationes nostri comunis. Et dicti
officiales teneantur dictas Rationes videre
et examinare, et quod de illis intratis, non
sint nec fuerint facte alique extorsiones nec
male expense per illum modum, et cum
illa libertate et arbitrio quibus vident et
faciunt de illis que spectant nostro comuni.

Et addatur ista pars in commissione omnium Rectorum Istrie et a grado ad caput aggeris, et si consilium est contra sit revocatum ~~quantum in hoc~~.

(Item observabis partem captam in maiori consilio millesimo trecentesimo octuagesimo sexto, Indictione nona, die XVIJ. mensis Junij cuius tenor talis est videlicet. Cum in millesimo trecentesimo septuagesimo tercio die XVJ. mensis februarij etc. prout in commissione Justinopolis continetur sub hoc signo: f. G. Commissioni vol. III. c. 168°.)

Item observabis partem infrascriptam captam in maiori consilio, millesimo trecentesimo, octuagesimo sexto, Indictione nona die XVIJ. mensis Junij, cuius tenor talis est videlicet. Cum in millesimo trecentesimo septuagesimo tercio die XVJ.° mensis februarij, captum fuerit in Rogatis et Zonta, quod omnes Rectores nuntij et omnes alie persone que habent ad administrandum pecuniam nostri comunis, teneantur presentare omnem et totam pecuniam que superhabundaverit a suis expensis usque dies quindecim, postquam presentaverint suas rationes, Et multociens occurrerit, et omni die occurrat, quod multi Rectores et officiales postquam exiverint de Regiminibus et officijs suis non veniunt Venetias, ymo remanent in illis partibus vel locis ubi fuerant Rectores vel officiales, et non mittunt Rationes nec Denarios qui superhabundant per suas

rationes que non sunt honestas, et possent redundare in magnum damnum ~~nostrum~~ comunis, et utile sit providere super hoc. Vadit pars secundum consilium nostrorum officialium Rationum, quod deccetero quilibet Rector, officialis, et quilibet alius qui habebit ad administrandum de pecunia nostri comunis teneantur, postquam exiverint de Regiminibus, et officijs suis, si non venient Venetias, mittere suas Rationes et denarios qui superhabundarent eis cum primo navigio sufficienter, quod esset pro recedendo de illis partibus usque octo dies postquam compleverint Regimina vel officia sub pena quarti valoris denariorum, quos mittere tenerentur, et non mitterent, ut dictum est, que pena veniat in nostro comuni, remanentibus alijs ordinibus et partibus in omnibus, et per omnia in sua firmitate, et si consilium est contra sit revocatum quantum in hoc.

(Item observabis partem captam in Rogatis 1401. 24 novembris, ut in commissione potestatis et Capitanei Justinopolis continetur sub hoc signo. B. Commissioni vol. III. carte 17.)

Item observabis partem captam in Rogatis MCCCCj. die XXiiij novembris. Videlicet. Quod omnes rectores nostri teneantur et debeant facere et dare sine aliqua diminutione sotijs et notarijs quos habere tenentur, totum et quic=

quid in eorum commissione continetur, sub pena
privationis per quinque annos omnium regimi-
num comunis Venetiarum intus et extra et
librarum C. V. in suis propriis bonis, quarum librarum
C. V. medietas sit accusatoris si fuerit per quem
sciatur veritas, quartum sit nostrorum advo-
catorum comunis, quibus hec committantur,
et aliud quartum nostri comunis, et ultra hoc
totum illud quod debuissent dare dictis sotiis suis
et notariis secundum formam suarum com-
missionum et non dedissent, tam pro salario
quam pro expensis veniat in nostrum co-
mune. Et ultra hoc quilibet sotiorum et
notariorum predictorum infra unum men-
sem postquam applicuerit Venetias non ha-
buerit salarium et expensas sicut debuerit a
rectore suo secundum formam suarum com-
missionum, teneatur ire ad advocatores nostros
comunis et facere eis conscientiam de predictis
habendo partem pene suprascripte pecuniarie
velut accusator, et si hoc non fecerit privetur
quod non possit umquam esse notarius neque
sotius alicuius nostri rectoris et cadat in penam
librarum centum dividendam ut de aliis pe-
nis dictum est. Et non possit alicui contrafa-
cienti fieri aliqua gratia, donum, remissio,
nec aliqua declaracio sed semper amplietur
presens pars sub omnibus penis ligaminibus et
strictu's contentis in parte nova contraban-
norum. Verum sit in libertate rectoris si
sibi videbitur et placebit dandi illi notario

vel sotio quibus debebit facere expensas libras quinquaginta parvorum in anno et ratione anni pro quolibet pro expensis quas facere deberet predictis, si velet potius dare pecuniam quam facere eis expensas non possendo dare cuilibet eorum minus librarum quinquaginta, ut superius dictum est.

Item ponatur pars equorum
Item pars Iudeorum
Item pars de non arengando } prout in Commissione potestatis Vincentie.
(Commissioni vol. 6° c. 5. 6.)

Item observabis partem infrascriptam captam in Consilio Rogatorum et addictione MCCCCXXV. die XXVIII aprilis. Videlicet. Cum omnes rectores nostri terrarum nostrarum iuxta formam suarum commissionum et ordinum nostrorum, debeant infra mensem in introitu suorum regiminum, et teneantur esse fulciti equis omnibus quos habere debent, et teneantur tenere secundum suas commissiones. Et habeatur informatio, quod rectores predicti non observant ita, imo faciunt sibi accomodare equos, et illos detinent faciendo solum expensas ut appareat, et videatur ipsos habere equos suos. Et hoc modo contrafit nostre intentioni et ordinibus nostris, et sit bonum pro honore nostri dominii taliter providere. Quod dicti rectores observent ea ad que tenentur. Vadit pars, quod decetero si rectores nostri predicti infra mensem non erunt fulciti omnibus equis quos

habere tenentur iuxta formam eorum com-
missionum, et pervenerit ad noticiam nostro-
rum officialium rationum quibus talia sunt
commissa, cadant ipsi rectores ad illam ean-
dem penam pro uno quoque ipsorum equo-
rum quem non haberent emptum, ad quam
caderent si deficiente aliquo equo illum talem
non remiserit iuxta continentiam ordinis
predicti. Et infra illud tempus quo illum
remittere tenentur, Et si se ipsos accusarent
cadant solum ad illam penam ad quam ca-
dunt iuxta leges et ordines nostros. Et pro me-
liori executione huius nostre intentionis com-
mittatur expresse dictis officialibus nostris ratio-
num quod solicite et diligenter investigare
debeant de huiusmodi rectoribus contrafacien-
tibus, vel per viam investigationis, vel aliter
sicut sibi videbitur. Exigendo a contrafacien-
tibus penas ad quas incurrerent, de quibus penis
habeant illi nostri officiales rationum illam
partem quam habent de alijs penis sui officij
et iuxta continentiam et tenorem ordinis pre-
libati.

Item observabis et facies observari in
quantum ad te spectat partem captam
in nostris consilijs rogatorum et additionis
1423. die XXVI° septembris continentem. Quod
decetero nullus Iudeus vel iudea possit emere
vel acquirere in aliqua terra vel loco no-
stro aliquam possessionem vel domum ali-

cuius manerie~~i~~ vel sortis, vel aliquod aliud ~~[illegible]~~ stabile sub pena perdendi dictam possessionem domum et aliud stabile ~~sit~~ dic em-ptum vel taliter acquisitum quod veniat in nostrum comune, et si accusator fuerit per quem sciatur veritas habeat medietatem, et teneatur de credentia, et reliqua medietas sit nostri comunis. Preterea quia omnino est providendum quod in terris et locis nostris Judei seu Judee ullum stabile habeant statuatur et captum sit, quod omnes Judei et Judee, qui in aliqua terra vel loco nostro habent aliquam possessionem, domum seu aliud stabile teneantur et debeant dictas possessiones domos seu aliud stabile vendidisse et alienasse ~~nisi~~ infra biennium a die qua presens pars fuerit publicata in eis locis ubi habent dicta bona, quod si non observabunt et negligentes fuerint executioni mittere, infra predictum tempus amittere debeant omnia dicta bona stabilia, que non alienassent, que veniant in nostrum comune. Reservato in ipsis Judeis omne id quod appareret promissum esse per nostra privilegia et scriptura, dumtaxat in Judaicis terrarum nostrarum maritimarum. Et si accusator fuerit per quem sciatur veritas de predictis habeat medietatem, et reliqua medietas sit nostri comunis. Et de predictis vel aliquo predictorum non possit fieri gratia, donum, remissio, recompensatio nec aliqua

declaratio, nec presentis partis revocatio vel suspensio sub pena ducatorum v^c pro quolibet consiliario capite sapientum vel alio ponente vel consentiente partem seu gratiam in contrarium. Et predicta dimittantur inquirenda et exequenda Rectoribus locorum et advocatorum nostri comunis habentibus partem ut de alijs sui officij.

Mandamus tibi cum nostro consilio Rogatorum, quod in acceptatione regiminis non possis facere aliquam arengam seu sermonem; sed solum dicas Ego accepto istud regimen nomine Illustrissimi ducis Venetiarum Et in consignatione dicas Ego consigno vobis hoc regimen nomine Illustrissimi Ducis Venetiarum, sub pena librarum v^c. et privationis omnium regiminum per duos annos. Item similiter cum nostro consilio decem Mandamus tibi quod in acceptatione vel consignatione nihil plus vel minus dicas quam superius dictum est, Nec tibi fieri facias, nec consentias, quod tibi fiat ab aliquo aliqua arenga vel sermo, immo si quis arengare vel sermocinare voluerit, Imponas tibi silentium, nec sinas eum sermocinare sub pena ducatorum centum, quorum tercium sit accusatoris, tercium Comunis, et aliud tercium sit advocatoris vel auditoris novi qui prius penam exegerit. In justitijs autem proferendis solum dicas hec verba, Sicut

scriptum et lectum est, ita dicimus per sententiam.

(Ponantur partes de quibus fit mentio in fine commissionis potestatis Justinopolis sub hoc signo X. Commissioni vol. III. c. 17[t])

Item observabis partem captam in consilio centum die vigesimo Augusti 1427 videlicet quod sit prohibitum omnibus Rectorum civitatum et locorum nostrorum vestire vestes lugubres pro aliquo vel aliqua ex affinibus suis quamdiu erunt in suis regiminibus sub pena ducatorum centum in suis propriis bonis, salvo quod possint pro patre matre et filio vel filiis portare vestes lugubres diebus octo et non ultra. Et similiter pro fratre vel fratribus et pro uxore non portando clamidem ullo modo.

(Item ponatur pars ~~exigeatur~~ exigentium pecuniam communis ut in lib. 56 rogatorum ad cart. 53.[to] continetur)

Cum super omnibus aliis sit vigilandum quod denarii nostri comunis non derobentur, aut male dispensentur, aut aliter male administrentur ~~administrarentur~~, per illos qui eos habent exigere, et sint multi qui in terris nostris positi sunt ad exigendum datia nostra et posuerunt manus in denariis nostri comunis, de quibus petierunt gratiam a nostro dominio solvendi per terminum, que eis ample et large concessa fuit, et sit providen-

num quod tales errores non occurrant. Va-
dit pars, quod omnibus illis qui malo modo
acceperunt de denarijs nostri comunis tam
si habuerint gratiam solvendi per termi-
num quam non, non possit nec debeat dari
per Rectores nostros aliquod officium vel
beneficium quousque non solverint in-
tegraliter id quod dare deberent. Et si aliquis
ipsorum foret in aliquo officio vel bene-
ficio, privari debeat illo. Illis autem qui
de cetero acciperent de denarijs nostri comu-
nis, non possit in perpetuum dari aliquod
officium vel beneficium, quin ymo ultra
alias penas, si quis repertus fuerit de denarijs
nostri comunis accepisse, privetur ipso facto
officio et beneficijs, que haberet a nostro Do-
minio, et hoc sub pena ipsis Rectoribus no-
stris ducatorum quingentorum in suis pro-
prijs bonis, cuius pene medietas sit accusa-
toris, et alia medietas nostrorum advocato-
rum comunis, quibus hoc committatur.
Et non possit eis fieri gratia sub pena con-
tenta in parte nova contrabannorum. Et
si quis predictorum qui accepissent de de-
narijs nostri comunis foret adeo temerarius,
quod quereret decipere Rectores nostros, tunc
et eo casu ipsi Rectores sint absoluti a pena
predicta, et ille qui decepisset ipsos Rectores
cadat de libris mille, et stare debeat mensibus
sex in carceribus, et non possit sibi fieri gratia,
sub pena predicta contenta in parte nova con-

trabancorum.

Insuper committatur Rectoribus predictis quod si esset aliquis debitor nostri comunis per aliquem alium modum quam per modum supradictum, quod ille talis non possit habere officium aliquod si prius non solverit, et hoc sub pena predicta tam Rectoribus, quam illis, qui ipsa officia quererent.

Preterea cum iustum et conveniens sit providere, quod omnes participent de officijs et beneficijs nostris, comune captum fit, quod mandetur Rectoribus nostris suprascriptis, quod aliquis officialis, qui exigat pecuniam, aut sit in officio per quod exigatur pecuniam, qui steterit per unum annum in ipso officio, non intelligendo de scribis, qui non tangunt pecuniam, non possit habere aliquod aliud officium sequenti anno. Nam hoc modo datia, et introitus nostri exigentur maiori cum diligentia, et videbuntur rationes quorumcumque de anno in annum. Et possint Rectores predicti providere de officialibus de anno in annum prout eis melius videbitur pro bono nostri comunis. Intelligendo semper quod huic ordini non subiaceant officiales camerariorum, nec alij camere rationum, nec officiales laboreriorum nec eorum scribe, nec officiales Curie; Et predicta addantur in comissionibus omnium Rectorum nostrorum.

Item ponatur pars quod Veneti non possint emere navigia forinseca, ut in libro 56. rogatorum ad cart. 28 continetur)

MCCCXXVI. die XIII Julii in Cons.° Rogatorum.

Cum per progenitores nostros pro bono et comodo huius nostre civitatis facti fuerint multi ordines et stricture ad obviandum quod nemo posset emere in aliquo loco vel parte aliquod navigium forensium quibus omnibus ordinibus quotidies per nostros contrafit qui non curant de penis contentis in dictis ordinibus, quia repperierunt hunc modum quod quando emunt aliquod navigium forensium accusant semetipsos Rectoribus seu consulibus nostris ibidem se reperientibus ob quam accusationem emptores huiusmodi navigiorum habent partem pene ad quam cadunt et ulterius sciunt tenere modum habendi talia navigia ad incantum pro minori precio quorum emerint, et cum hiis et aliis modis frangunt ordines nostros cum maximo onere nostri Dominii et damno et preiudicio civitatis nostre Venetiarum et bonum et penitus necessarium sit ad hoc providere. Vadit pars quod nullus civis subditus vel fidelis vel habitator noster Venetiarum audeat vel presumat in aliquo loco vel parte emere vel emi facere per se vel alios sub aliquo colore forma vel ingenio aliquod navigium forensium a millebuttis infra sub pena ducatorum mille pro quolibet contrafaciente et qualibet vice que tota pena primo et ante omnia

sit communis et sub pena amittendi tale navigium sic emptum contra ordinem suprascriptum quod navigium debeat vendi ad publicum incantum per Rectores consules Vicconsules baiulos vel alios officiales nostros quorumcumque locorum in quibus huiusmodi emptor repertus fuerit, quod quidem navigium non possit ullo modo dari nec deliberari minus eo precio quo constiterit sub pena ducatorum mille pro quolibet Rectore, Consule viceconsule baiulo vel alio officiale nostro contrafaciente et sub pena perpetue privationis omnium regiminum baiulatuum consulatuum viceconsulatuum a parte maris. Et hec committantur inquirenda advocatoribus nostris comunis et omnibus officialibus nostris contrabannorum, habentibus partem dicte pene pecuniarie, ut de aliis penis sui officii. Verum declaretur quod precium extrahendum de tali navigio dividatur in hunc modum, videlicet medietas sit accusatoris et alia medietas sit dictorum Rectorum consulum viceconsulum baiulorum vel aliorum officialium scilicet quibus primo facta fuerit accusa. Si vero non esset accusator, pena dividatur inter nostrum comune et dictos officiales, consules viceconsules, baiulos et rectores nostros. Et de omnibus dictis penis vel aliqua earum contentis superius, non possit fieri aliqua

gratia, donum, suspensio, remissio vel ali-
qua declaratio nec poni pars de revocando
presentem partem pro faciendo gratiam
donum etc. alicui contrafacienti sub pena
ducatorum quingentorum pro quolibet po-
nente vel consenciente partem in con-
trarium. Et sic procedatur de pena in
penam usque in infinitum, Rema-
nentibus firmis omnibus alijs contentis in
alijs ordinibus nostris predictis. Et ponatur
dicta pars in omnibus commissionibus
dictorum nostrorum Rectorum Consulum
baiulorum et officialium a parte maris.

(Item ponatur ordines Judeorum ut continetur in libro 57 rogatorum ad cart. 180)

Die primo Januarii MCCCXXVIIII.

Capta. Ebonziolia che ale orechie de la
nostra Signoria sia pervegnudo le molte
e teribele destrucion et manzarie fate et
ogni dì se fano per gli zudei che habita
in Histria a tutti nostri fidelissimi Histria-
ni, sì de tuor de uxura denari 6 per £. al mexe
e plui, chomo etiam de le desonestissime
et sforzade conprede de vini, ogli, sali, et
altri suo fruti in erba, per modo che non
solamente le sua fadige et ogni usi fruti
reverte in loro, ma etiam fiia et sangue,
la qual cossa è abominevele apresso Dio,
et a gli homeni cum maximo incargo
de la signoria nostra, È necessario fia a
proveder per trar questi nostri fideli de

tanta servitù et miserie. Landera parte chel sia comandado per questo conseglio a tutti nostri Rectori de Istria da Pola per fina a Mugle, che debia far publice proclamar in li suo regimenti le sotoscripte provixion e mandarle ad effeto de ogni solicitudine i sera possibele azio i diti nostri fedeli se possi aleviar da tante terribele destrusion. E sia azonto in le commission se fara a tuti nostri Rectori de Istria per l'avegnir.

Prima che alcun zudio in i luogi soprascritti non possa dar ad usura ad alcun Istrian subdito nostro plus de denari tre per lira sopra pegni, et denari quatro per lira sopra carta, sotto pena de perder quelo i averà imprestado del qual un terzo sia del nostro comun, un terzo del Rector, un terzo del accusador sel ne serà.

Secondo che passado l'anno alcuna usura non cora plus sopra alcun pegno, se quel pegno no apresentara al regimento ma da po apresentado possa aver usura fin ala so vendeda, non passando mexe uno al plus, per el qual regimento sia deputado uno zudexe et do altri officiali che per el regimento serà termenado, tanto che sia al numero de tre i quali al publico incanto debia vender i diti pegni che sera apresentadi, e sia tegnudi de far incanto uno di alla domada al men, del tratto di qual pegni se debia tuor denari tre per lira, de quali denari uno sia de un...

noder o Scrivan a questo deputado con i Diti tre per tegnirne conto ordenadamente, e parando al Rector ne possa meter el so cancelier, i qual conti debia sempre esser acopiadi in gli acti del Rectore, I altri denari do per lira sia de queli che al vender sera deputadi ugualmente. Dil resto se debia pagar el zudio dil suo cavedale e de quel lavera lirado, E remanendo oltra questo alguna cosa se debia dar a quela persona de chi sera stadi i pegni. E per il Rectore sia vezude queste raxon ogni do mexi al meno.

Tertio che uxura non cora sopra alguno se non quando i vivera, E mancando quela persona che avera tolta la uxura sia el zudio tegnudo dar ala vendeda i pegni lavera de quel defonto, como o dito de sopra de queli che passa lanno, e plui uxura non li ocorra, e voliandoli scoder la sua heredita abia termene mexe uno da puo aprexentadi ala vendeda pagando la uxura per quel mexe, e scodandosse i deputadi ala vendeda non habia alguna cosa ne el scrivan tuo.

E sia per intexi esser aprexentadi, quando per gli diti zudey sera dado in nota al Scrivan chi diti tre officiali a questo deputadi, sempre stando i diti pegni in guarda a gli zudey.

4°. Chel sia commesso expresse a i diti nostri Rectori de Istria, che se algun avera abudo ad usura plui de quelo contien i so previlegii fin a questo di che la usura gli corra

non obstante stesse in altra terra, cha in quela che el zudio avesse privilegio o pacto debia solamente fargli razon fin quanto parla il suo privilegio atolvandoli de quel pluy il se avesse obligado e questo a tuti fazi manifesto.

5.° Item che alguen zudio per alguen modo non possa comprar, ne far comprar sal, ne vin, ne oglio, ne altra cossa, che nassia in le dite nostre terre de Istria; se quela tal cossa che i comprera non sera arcolta, ista pena de perder quello lavora comprado, del qual un terzo sia del nostro Comun, un terzo del Rector, un terzo del accusador sel ne sera.

6.° Item che non sia concesso ad alguen zudio lizenzia special de portar arme deffensibele ne offensibelle salvo per andar per camin come per lo passado uxitado.

Et non possint presentes ordines nec aliquis eorum revocari nisi per sex consiliarios et per centum consilij rogatorum congregatos 125 supras.

(Item pars clavorum et laboreriorum ferri ut in 58 rogatorum ad cart. 22 continetur)

MCCCCXXX, die XXIII Decembris

Cum ex informatione dominio nostro data conducantur Venetias de die in diem clavi cuiuslibet sortis et reliqua laboreria ferri prohibita conduci Venetias, quod enim cedit ad maximum damnum introituum nostrorum, et ad destructionem

misterij fabrorum, super qua re bonum est providere. Vadit pars quod remanentibus firmis omnibus nostris ordinibus loquentibus super dicta materia decetero ordinetur, quod si quis inventus fuerit conducere Venetias de dictis laboreriis ferri prohibitis conduci Venetias, perdere debeat ipsa laboreria, et totidem pro pena, que pena dividatur secundum ordines contrabannorum, Et teneantur Officiales nostri quibus facta fuerit accusa sub pena ducatorum centum pro quolibet eorum et qualibet vice et privationis officij mittere executioni presentem ordinem, et nulli facere gratiam, et illa laboreria, que sibi presentarentur vigore presentis ordinis infra tres dies mittere et consignare patronis nostri Arsenatus qui illa accipiant in utilitatem Arsenatus nostri, que faciant ipsi patroni extimari et medietatem tantum pecunie dicte extimationis sub pena librarum centum pro quolibet eorum infra tres dies solvere et dare debeant inventoribus seu accusatoribus tantum. Preterea quilibet patronus barche vel navigij qui conducet de ipsis laboreriis contra presentem ordinem stare debeat uno mense in carceribus et perdere debeat omnia coreda sue barche sive navigij que officiales nostri quibus facta fuerit conscientia teneantur sub pena predicta consignare

patronis nostri arsenatus, qui illa ponant in utilitatem Arsenatus nostri. Declarando tamen quod auchore et rampegoni possint conduci Venetias tam integri, quam in pecijs ut solitum erat. Et mandetur potestatibus nostri Marani portusgruarij Caprolarum et Gradi, et Istrie, et in eorum commissionibus iungatur quod diligenter inquirant et inquiri faciant ne per aliquem conducatur de dictis laborerijs Venetias vel alio, contra quem procedant secundum ordinem suprascriptum, quem in omnibus sub penis predictis et privationis sui Regiminis debeant inviolabiliter observare. Et similiter omnia predicta committantur inquirenda omnibus officialibus contrabannorum, et similiter ipsis Rectoribus habentibus partem penarum sicut superius dictum est. Verum ordinetur quod nullus Marangonus navis vel domorum audeat vel presumat operari alia feramenta in laborerijs suis quam illa que sunt laborata Venetijs sub pena librarum centum, et standi uno mense in carceribus pro quolibet eorum et qualibet vice. de quibus omnibus penis vel aliqua earum non possit fieri aliqua gratia donum remissio vel recompensatio sub penis et stricturis contentis in parte nova contrabannorum. Et cridetur presens pars in scalis Rivoalti ut omnibus nota sit.

Item nobilis vir Andreas Dandulo Ouello nobilis vir Petrus Marcello Caulus de Castello et Bartholomeus de bernardo qui propter eorum scelesta facinora Venetiarum et omnium locorum et navigiorum nostrorum habent exilium sub pena furcarum venirent in vires tuas eos capi et detineri facias eosque sub bona et tuta custodia mittas Venetias nostro dominio ut de ipsis fiat debita justitia.

Non potes tu nec aliquis rector noster a parte maris augere vel dare salarium alicui officiali, seu alicui alteri persone de pecunia nostri comunis sine expressa licentia Dominij nostri sub pena restituendi nostro comuni salarium et augumentum quod dedisses sine nostra licentia et solvendo medietatem plus pro pena. Verum potes loco illorum qui morirentur vel cassarentur vel alio modo appareat si erint de foro tuo eligere illos fideles qui tibi videbuntur cum conditionibus illorum qui deficerint eos non aliter sine licentia Dominij sub penis predictis.

(Ponatur pars nova de introitu et exitu regiminis ut continetur in 4° rogatorum ~~Pactis~~ porterram (cart. 182 sub hoc signo ☼)

MCCCCLXI. Die vi Octobris.

Provisum est et bene quidem, quod nobiles nostri habentes regimina et officia habeant contumatiam per leges nostras limitatam, ut unusquisque de ipsis Regiminibus et officiis sicuti debitum et equum est

participare possit. Verum quia leges ipse per negligentiam nonnullorum suprascriptorum Rectorum et officialium, qui tempus ingressus Regiminum et officiorum suorum sicuti tenentur nostro dominio litteris suis non significant, non observantur.

Vadit pars quod de cetero omnes Rectores et officiales nostri a parte terre et maris teneantur binis litteris suis, alteris ad nostrum Dominium, et alteris ad officiales Rationum veterum, diligenter significare diem introitus Regiminum, et officiorum suorum; Et similiter reportare litteras a successoribus suis de consignatione exituque eorum. Et notentur tam introitus quam exitus eorum in duobus libris ad hoc deputatis silicet ad nostram Cancellariam, et ad suprascriptum officium Rationum veterum. Et si quis suprascriptorum Rectorum, quorum introitus et exitus ut supra non notatus inveniretur, ad aliquod Regimen vel officium eligeretur, et fieret conscientia Dominio, quod contumatia sua nondum completa esset, probari nullo modo possit, sub pena cuilibet consiliariorum ducatorum centum in contrarium terminantium quam de facto exigant Advocatores sine ullo consilio. Et si Advocatores ipsi eam non exigerent Capito de quadraginta sub debito sacramenti exigere teneantur. Et ponatur hec pars in

Commissionibus omnium suprascriptorum Rectorum officialium et castellanorum.

(Denotatur pars posita in quinto rogatorum per terram cart. 18 sub hoc signo ^A^/II)

MCCCCLXII. XVII Septembris

Cum sit quod de tempore in tempus per consilia nostra facte fuissent multe provisiones ut pecunie officio nostrorum gubernatorum introituum debite de manibus debitorum dicti officij exigerentur, quibus non obstantibus sunt multi debitores videlicet Judices, Vicarij, Cancellarij, Comestabiles, Commilitones, et alij officiales rectorum nostrorum qui solvere minime curant eorum debita: Et licet dicti gubernatores miserint nuntios suos ad cogendum dictos debitores, tamen non habuit executionem in modum quod sunt aliqui, qui ad dictum officium tenentur pro duobus tribus, et quatuor officijs Regiminum: et expresse intelligitur quia de ratione predicta exigere habemus ducatos sex mille vel circa, et non sit tollerandum, quod denarij deputati pro diffalcatione camere nostre imprestitorum per huiusmodi debitores in usum suum convertantur: Quo circa providendum est quod tales debitores non sint prerogativi alijs. Vadit pars quod sicuti debitores nostri nobiles non possunt probari ad aliquod officium seu beneficium donec debita sua cum integritate

solvunt: Ita decetero non possint aliquis vel aliqui predictorum officialium debitorum dicti officij acceptari per ~~quem quam~~ nunquam nostrum nobilem Rectorem vel officialem sub pena ducatorum centum auri pro quolibet contrafaciente exigenda per gubernatores predictos, et solvendi totum id quod dictus officialis vel officiales dare tenerentur. Et si immediate non solverint cum integritate penam predictam et debitum dicti talis debitoris mittantur predicti rectores: et ceteri officiales contrafacientes per dictos gubernatores in nota pro debitore seu debitoribus super libro debitorum, et probari non possint. Usque quo cum integritate solverint totum id quod dare debebunt. Et presens pars publicetur in maiori consilio, ut omnibus nota~~m~~ sit: et addatur in commissionibus rectorum omnium et officialium nostrorum non derogando ob hoc alijs ordinibus et stricturis captis circa hanc materiam que firme et approbate sint: et remaneant sicut de presenti repperiuntur.

(Deinde pars Obedientie mandatorum dominij. Incipiens. Omnia etc, ut continetur in fine commissionis Potestatis Vincentie. Commiss. vol. 6° c. 7)

MCCCCLXII Die XXVII Novembris in Cons.° X.

Omnia que tibi dicendo mandabimus attendes et observabis bona fide et sine fraude que quidem si non executus fueris cum effectu

et obedieris quoad poteris et ad te spectabit, cadẽs de libris 1/3 solvendis per te infra mensem, et scriberis in libro debitorum nec poteris unquam eligi ad aliquam rem, nisi primo solueris eas, et concientia etiam post recessum consilij facta valet in hoc casu contra te, Item officium advocatorum est salvum ad puniendum te acrius pro disobedientia tua sicut gravitas casus tue disobedientie — requiret poteris enim si tibi videbitur sine pena describere qualiter propter aliquod periculum vel aliam legiptimam causam non potes exequi mandatum tibi factum Sed si dictum mandatum non revocaberis sibi tu tamen penitus debeas prosequi ad obediendum et exequendum mandatum quod primo habueris sub eadem pena, cuius medietas dabitur acceptatori. Si vero de aliquo nostro mandato aliquis se gravatum sentiret salvam esse volumus libertatem offitij advocatorum comunis, et etiam auditorum sententiarum in causis civilibus que ad suum offitium spectarent. Sed nihilominus quoad usque . . . . steterit firmum nobis debeas inviolabiliter . . . . edere . . . qua pena non potest tibi . . . . quaesito cum consilio nostro decem decrevimus. Quod . . . . et omnibus obediatur.

(Archivio di Stato in Venezia — Commissioni R.° III.° (Istria) c.° 161 numerazione vecchia)

advocatores communis ut est dictum. Et si voles restitue
re et restitues usque ad tres dies postquam fueris re-
quisitus ab advocatoribus (communis) non permittendo te convin-
ci sed confitendo te furatum fuisse de bonis communis
a libris quinquaginta infra ad grossos tunc ad dictum
terminum et sub dicta pena teneris solvere capitale
et tercium plus pro pena que dividatur ut supra.
Et ultra hoc priveris presenti regimine. Verum si scribe-
res in tuis rationibus vel quaterniis aliquas expensas
vel alias res quas offitiales rationum dicent non po-
tuisse poni tunc hoc non habeatur pro furto sed venia-
tur ad collegium nostri consiliariorum capitum advo-
catorum et officialium rationum ubi terminetur si
dicte expense erunt bene posite vel non, sicut modo
servatur et sicut continetur in capitulari consi-
liariorum in hac parte sed si vigore alicuius senten-
tie determinationis vel alterius actus iudiciarii aut
vigore alicuius publice consuetudinis aliquid accipe-
res vel dares contra id quod deberes quod forte cre-
deres posse licite accipere vel dare in his casibus
non cadas ad dictas penas sed servetur illud quod
servatur hodie. Videlicet quod si volueris restituere
et restitues quod indebite acceperis infra tres dies
ipsum restituas sine aliqua pena. Si autem per-
miseris te duci et convinci ad consilia cadas ad
dictam penam dupli que dividatur sicut dividitur
hodie et de omnibus dictis penis vel capitalibus non
potest tibi fieri gratia donum remissio revocatio
vel termini elongatio sub pena ducatorum V^c pro
quolibet ponente vel consentiente partem in contra-
rium. (Commissioni Lib. VI p 25 t°.)

(Item ponatur pars notariorum et sociorum que incipit Cum bonum et utile sit providere prout in maiori consilio ad cartas 20 continetur.
Iurasti honorem et proficuum nostri dominii etc.

Omnia que tibi dicendo mandabimus etc.
Data in nostro ducali palatio etc.

(Item ponatur pars capta in rogatis incipiens:
Cum rectores nostri terrarum de novo acquisitarum, in libro 54 rogatorum ad cartas XXV) (Misti)

MCCCCXXII die XXVIII Aprilis

Cum rectores nostri terrarum nostrarum de novo acquisitarum Videlicet padue et paduani Vincentie et Vincentini Verone et Veronensis Tarvisii et Tarvisani Cenetensis forojulii dalmatie et albanie feltri et Civitadi iuxta formam commissionum et ordinum nostrorum debeant infra unum mensem in introitu suorum regiminum et teneantur esse fulciti equis omnibus quos habere debent et tenentur tenere secundum suas commissiones et habeatur informatio quod rectores predicti non observant ita quo faciunt sibi accommodare equos et illos detinent faciendo solum expensas ut appareat et videatur ipsos habere suos equos et hoc modo contrafit nostre intentioni et ordinibus nostris. Et sit bonum pro honore nostri dominii taliter providere quod dicti Rectores observent ea ad que tenentur Vadit pars quod de cetero si Rectores nostri predicti infra mensem

Segue al fol. 7

MCCCCXVIIII, die XXIIII Junii.

Capta. Cum bonum et utile sit providere quod Rectores nostri conducant secum cancellarios fidos et qui in omni casu sint apti et prompti ad honorem et comodum nostri Dominii, et timent facere de rebus que sint contra honorem nostri dominii, et rectorum predictorum, Vadit pars, quod aliquis noster potestas, capitaneus, comes, rector, provisor, sive alius cuiuscumque conditionis existat aliquarum terrarum vel locorum nostrorum qui de cetero elligentur non possint de cetero, secum conducere vel habere aliquem cancellarium vel notarium qui non sit civis originarius Venetiarum, vel per privilegium, qui civis per privilegium habitet Veneciis cum sua familia, vel qui non sit civis originarius terrarum et locorum nostrorum. Et si aliquis potestas, capitaneus, comes, rector, provisor, sive alius cuiuscumque conditionis existat secum de cetero conduceret aliquem cancellarium vel notarium contra formam presentis partis cadat de libris $\overset{c}{V}$ (500), quas exigant advocatores communis, habentes partem, ut de aliis penis sui offitii. Et si fuerit accusator habeat tertium, tertium advocatores, et aliud tertium sit nostri communis, declarando quod dicti cancellarii vel notarii non possint ire pro cancellario vel notario in illa terra de qua fuerit civis.

Et similiter non possint secum conducere pro cavallerio sive sotio aliquem qui non sit venetus vel civis per privilegium Veneciarum, vel civis originarius terrarum et locorum nostrorum sicut superius continetur, et sub pena superius specificata. Qui cavallarii sive sotii non possint recedere a rectoribus nostris cum quibus ibunt, pro eundo cum aliquo alio nostro rectore, nisi compleverint

totum tempus quo stare debebunt cum rectore cum quo primo iverint sub pena privationis non possendi ire per unum annum cavallerios sive sotios alicuius superius specificatorum.

Et non possit presens pars revocari, suspendi, vel aliter declarari, nec alicui contrafacienti fieri gratia, nisi per quinque consiliarios, duo capita de XL^ta, XXX^ta de XL^ta et duas partes maioris consilii. Et ponatur in commissione omnium rectorum nostrorum, ut illam debeant effectualiter observare.

De parte — 313
De non — 87.
Non sincere — 12.

Die nono mensis Iunii in consilio de XL^ta posita et fuerunt:

De parte — 19
De non — 3
Non sincere — 2.

(Maggior Consiglio Ursa carte 25)

[m]mensses non erunt fulciti omnibus equis quos habere tenentur iuxta formam eorum commissionum et pervenerit ad noticiam nostrorum officialium rationum quibus talia sunt comissa cadant ipsi Rectores ad illam eandem penam pro unoquoque ipsorum equorum quem non habuerunt emptum ad quam caderent s. defficiente aliquo equo illum talem non remiserint iuxta continenciam ordinis predicte et infra illud tempus quo illum remittere tenentur. Et si se ipsos accusavent cadant solum ad illam penam ad quam cadunt iuxta leges et ordines nostros. Et pro meliori executione huius nostre intentionis committatur expresse dictis offitialibus nostris rationum quod solicite et diligenter investigare debeant de huiusmodi rectoribus contrafacientibus vel per viam investigationis vel aliter sicut sibi videbitur. exigendo a contrafacientibus penas ad quas incurrent de quibus penis habeant illi nostri offitiales rationum illam partem quam habent de aliis penis sui officii et iuxta continenciam et tenorem ordinis prelibati.

Ser Andreas Contarenus Ser Fantinus Viaro Consiliarii * Volunt partem in totum et per totum prout iacet cum hac addicione quod hoc etiam intelligatur in ceteris locis et terris nostris tam a parte maris quam a parte terre et ita scribatur rectoribus locorum predictorum et iungatur in eorum commissionibus

de parte 64 — de non 5 — non sinceri 3

(Item ponatur pars capta in consilio C.orum ut in fi-
ne commissionis potestatis Vincentie continetur
sub hoc signo)

Item observabis partem captam in consilio
centum die vigesimo augusti 1427 Videlicet quod
sit prohibitum omnibus Rectoribus Civitatum et
locorum nostrorum vestire vestes lugubres pro ali-
quo vel aliqua ex affinibus suis quam diu erunt
in suis regiminibus sub pena ducatorum C in
suis propriis bonis salvo quod possint pro patre, ma-
tre et filio vel filiis portare vestes lugubres di-
bus octo et non ultra. Et similiter pro fratre
vel fratribus et pro uxore non portando clami-
dem ullo modo.

Commissioni Vol.° VI c.° 6 t.°

(Item ponatur pars illorum qui acceperunt denarios
communis in exigendo ut in libro 56 advogatos ad
cartas 53 t.° continetur)

MCCCCXXVI die XIIII Septembris in
Consilio C

Capta – Cum super omnibus aliis sit vigilandum quod
denarii nostri comunis non derobentur aut male di-
spensentur aut aliter male administrentur per
illos qui eos habent exigere. Et sint multi qui
in terris nostris positi sunt ad exigendum datia no-
stra et posuerunt manus in denariis nostri comu-
nis de quibus petierunt gratiam a nostro dominio
solvendi per terminum que eis ample et large conces-
sa fuit. Et sit providendum quod tales errores non

occurrant f.o 9

accurrant. Vadit pars quod omnibus illis qui malo
modo acceperunt de denariis nostri communis tam
si habuerint gratiam solvendi per terminum quod ~~quam~~ quam
non, non) possit nec debeat dari per rectores nostros
aliquod officium vel beneficium quousque non
solverint integraliter id quod dare deberent
Et si aliquis ipsorum foret in aliquo officio vel
beneficio privari debeat illo. Illis autem qui de
cetero acceperent de denariis nostri communis
non possit in perpetuum dari aliquod officium
vel beneficium, quia ~~quam~~ imo ultra alias penas si quis
repertus fuerit de denariis nostri communis acce-
pisse privetur ipso facto officio et beneficiis que ha-
beret a nostro dominio et hoc sub pena ipsis Recto-
ribus nostris ducatorum quingentorum in suis
propriis bonis cuius pene medietas sit accusatoris
et alia medietas nostrorum advocatorum commu-
nis quibus hoc committatur. Et non possit eis
fieri gratia sub pena contenta in parte nova con-
trabannorum. Et si quis predictorum qui accepisset
de denariis nostri communis foret adeo temerarius
quod quereret decipere rectores nostros tunc et eo
casu ipsi rectores sint absoluti a pena predicta
et ille qui decepisset ipsos rectores cadat de libris
mille et stare debeat mensibus sex in carceribus
et non possit sibi fieri gratia sub pena predicta
contenta in parte nova contrabannorum.

Insuper committatur Rectoribus predictis quod
si esset aliquis debitor nostri communis per ali-
quem alium modum quam ~~quod~~ per modum supra-
dictum quod ille talis non possit habere officium

aliquod si prius non solverit et hoc sub pena pre
dicta tam rectoribus quam illis qui ipsa officia
quererent.

Preterea cum iustum et conveniens sit provi
dere quod omnes participent de officiis et bene
ficiis nostris ex nunc captum sit quod mande
tur rectoribus nostris suprascriptis quod aliquis
officialis qui exigat pecuniam aut sit in officio per
quod exigatur pecunia, qui steterit per unum an
num in ipso officio non intelligendo de scribis qui
non tangunt pecuniam non possit habere aliquod
aliud officium sequenti anno. Nam hoc modo de
tia et introitus nostri exigentur maiori cum dili
gentia et videbuntur rationes quorumcumque de
anno in annum Et possint rectores predicti provi
dere de officialibus de anno in annum prout eis
melius videbitur pro bono nostri communis intel
ligendo semper quod huic ordini non subiaceant
officiales camerariorum nec alii camere ratio
num nec officiales laboreriorum nec eorum scribe
nec officiales curie. Et predicta addantur in
commissionibus omnium rectorum nostrorum.

de parte — — — omnes

(Item ponatur post nova de introitu et exitu regiminis
ut continetur in l° rogatorum per terram c°. 182
Sub hoc)

MCCCCLXI die sexto Octobris

Provisum est et bene quidem quod nobiles nostri ha
bentes regimina et officia habeant continuationem
per leges nostras limitatam ut unusquisque de

ipsis regiminibus et officiis sicuti debitum et equum est participare possit. Verum quia leges ipse per negligentiam nonnullorum suprascriptorum rectorum et officialium qui tempus ingressus regiminum et officiorum suorum sicuti tenentur nostro dominio litteris suis non significant non observantur

Vadit pars quod de cetero omnes Rectores et officiales nostri a parte terre et maris teneantur binis litteris suis alteris ad nostrum dominium et alteris ad officiales rationum veterum diligenter significare diem introitus regiminum et officiorum suorum. Et similiter reportare litteras a successoribus suis de consignatione exituque eorum. Et notentur tam introitus quam exitus eorum in duobus libris ad hoc deputatis silicet ad nostram Cancellariam et ad suprascriptum officium rationum veterum. Et si quis suprascriptorum rectorum quorum introitus et exitus ut supra non notatus inveniretur ad aliquod regimen vel officium eligeretur et fieret conscientia dominio quod contumatia sua nondum completa esset, probari nullo modo possit sub pena cuilibet consiliario rum ducatorum centum in contrarium terminantium quam de facto exigant advocatores sine ullo consilio. Et si advocatores ipsi eam non exigerent capita de XL^{ta} sub debito sacramenti exigere teneantur Et ponatur hec pars in Commissionibus omnium suprascriptorum rectorum officialium et castellanorum.

de parte — 147 — de non — 1 — non sinceri 1

13

(Ponatur pars posita in 5 rogatorum terre c.° 18 sub hoc A)

MCCCCLXII - XVII Septembris

Cum sit quod de tempore in tempus per consilia nostra facte fuissent multe provisiones ut pecunie officio nostrorum gubernatorum introituum debite de manibus debitorum dicti officii exigerentur quibus non obstantibus sunt multi debitores videlicet Iudices, Vicarii, Cancellarii, Commestabiles, Commilitones et alii officiales rectorum nostrorum qui solvere minime curant eorum debita. Et licet dicti gubernatores miserint nuntios suos ad cogendum dictos debitores tamen non habuit executionem in modum quod sunt aliqui qui ad dictum officium tenentur pro duobus tribus et quatuor officiis regiminum et expresse intelligitur quia de ratione predicta exigere habemus ducatos sex mille vel circa, et non sit tollerandum quod denarii deputati pro diffalcatione camere nostre imprestitorum per huiusmodi debitores in usum suum convertantur. Quo circa providendum est quod tales debitores non sint prerogativi aliis. Vadit pars quod sicuti debitores nostri nobiles non possunt probari ad aliquod officium seu beneficium donec debita sua cum integritate solvunt. Ita de cetero non possint aliquis vel aliqui predictorum officialium debitorum dicti officii acceptari per quemquam nostrum nobilem rectorem vel officialem sub pena ducatorum C auri pro quolibet contrafaciente exigenda per gubernatores predictos et solvendi totum id quod dictus officialis vel officiales dare tenerentur. Et si immediate non solverint cum integritate penam predictam et debitum dicti talis de-

bitoris mittantur predicti rectores et ceteri officiales contrafacientes per dictos gubernatores in nota pro debitore seu debitoribus super libro debitorum et probari non possint usque quo ~~aux~~ cum integritate solverint totum id quod dare debebunt Et presens pars publicetur in maiori consilio ut omnibus nota sit et addatur in commissionibus rectorum omnium et officialium nostrorum non derogando ob hoc aliis ordinibus et scricturis captis circa hanc materiam que firme et approbate sunt et remaneant sicut de presenti reperiuntur

de parte – 101 – de non – 11 – non sinceri ... 7

Insuper cum nostro consilio decem prohibemus tibi quod neque per gratiam neque aliter non possis dare de bonis nostri communis videlicet de possessionibus ~~decimis~~ decimis, feudis, livellis, pischariis, gastaldiis, et aliis rebus et bonis nostri communis nisi per consilium x cum additione decem huius licenciam sub pena ducatorum V exigenda pro capite consilii decem vel advocatorum communis ~~facta~~ sine ullo consilio de qua pena non potest fieri gratia sub eadem pena.

(Item ponatur pars obedientie mandatorum Incipiens omnia que tibi etc. Ut continetur in fine commissionis potestatis Vincentie)

MCCCCLXII die XXVII novembris in consilio X

Omnia que tibi dicendo mandabimus attendes et observabis bona fide et sine fraude que quidem si non executus fueris cum effectu et obedieris quoad poteris

et ad te spectabit cades de libris 11 solvendis ~~partem~~ per 1/2 infra mensem et scriberis in libro debitorum nec poteris unquam eligi ad aliquam rem nisi primo solveris eas et consentia etiam post recessum consilii facta valet in hoc casu contra te. Item officium advocatorum est salvum ad puniendum te acrius pro disobedientia tua sicut gravitas casus tue disobedientie requiret poteris enim — — si tibi videbitur sine pena describere qualiter propter aliquod periculum vel aliam legiptimam causam non potes exequi mandatum tibi factum sed si dictum mandatum non revocaberis tu tamen penitus debeas prosequi ad obediendum et exequendum mandatum quod primo habueris sub eadem pena cuius medietas dabitur accusatori. Si vero de aliquo nostro mandato aliquis se gravatum sentiret — Salvam esse volumus libertatem offitii advocatorum communis et etiam auditorum sententiarum in causis civilibus que ad suum officium spectarent sed nichilominus quoad usque . . . .
steterit firmum nobis debeas inviolabiliter . . . . . .
. . qua pena non potest tibi
cum consilio nostro X decreverimus. Quod
ab omnibus obediatur

(Ponatur pars quod rectores solvant XXX et XL ta pro C ut in 5° rogatorum per terram c.° 157)

MCCCCLXVI die XII maii

Statutum est per leges huius consilii arctas et efficaces ut illi qui decimas non solvunt ad terminos prescriptos et limitatos cadant ad penam quod sic requirentibus rebus nostris necessarium est iudicatum

Illis vero qui XXX^{ta} et XL^{ta} pro C° dominio nostro confer-
re sunt obligati nulla est statuta pena si id non
observant vel si est statuta non exigitur que res
inequabilis est ut qui pecunias proprias dare compel-
luntur ad penas astringantur et qui pecunias
nostri dominii tangunt et accipiunt preter formam
legum nostrarum et conditionum quibus eis regi-
mina et benefitia conferuntur nullis subiaceant
penis. Unde factum est quod ad officium nostrum
gubernatorum sunt de presenti debitores rationis
predicte maxime pecuniarum quantitatis.
Vadit pars quod omnes illi qui ratione regiminum
et officiorum debitores sunt officii nostri gubernato-
rum solvisse cum integritate teneantur totum id
quod dare sunt obligati per totum mensem presen-
tem quo termino elapso omnes qui non solverint ceci-
disse intelligantur ad illam met penam ad quam
cadunt non solventes decimas in terminis que
ponatur sub posta uniuscuiusque debitoris et incor-
poretur cum capitale exigaturque per gubernatores
cum omnibus modis libertatibus et conditionibus
quibus exigunt a debitoribus decimarum nec ali-
ter facere possint sub omnibus penis et strictuis
statutis rectoribus et officialibus recipientibus et re-
tinentibus denarios spectantes predicto nostro offitio
gubernatorum. Qui ultra omnia predicta notentur
sub libro debitorum et ad nichil probari sinantur
publicenturque in maiori consilio.
Et ad hanc met conditionem sint etiam omnes illi
qui impostterum non solverent ad terminos debitos
aut denarios quos tangere non debent sed di-

mittere in cameris acciperent. qui omnibus penis iam deliberatis subiaceant et preter eas ad hanc novam penam incorporandam cum capitali et exigendam ut supra. Et addatur hec pars in omnibus commissionibus rectorum scribaturque presentialiter ad omnes qui personaliter sunt in regiminibus Et publicetur in primo maiori consilio

de parte 103 — de non 2 — non sinceri 4 —

Alia

Commissio locumtenentis patrie forojulii Com. Vol. VI c. 104

Nos Thomas Mocenigo dei gratia Dux Venetiarum etcetera. Committimus tibi Nobili viro dilecto civi et fideli nostro quod de nostro mandato vadas in nostrum locumtenentem terre nostre Utini ~~per~~ et totius patrie quam terram et districtum et homines ipsius regiminis reges et gubernabis et manutenebis ad honorem nostrum et Communis Venetiarum Et volumus quod cum Utinum applicueris facias convocari consilium dicte terre Utini ad quod debeas facere convocari quam plures cives facere poteris secundum eorum consuetudines et congregato dicto consilio dicere et exponere debeas quod dominatio nostra habens dictam communitatem apud nos tamquam bonos et fideles nostros proprie recommissos quia certi reddimur quod erunt boni et legales fideles nostri deliberavit ad bonam gubernationem dicte Civitatis et totius patrie mittere te illuc in nostrum locumtenentem ad representandum ibidem nostrum dominium et ad habendum bonam custodiam dicte civitatis et totius patrie et ad regendum et disponendum in regimine illius terre et patrie secundum statuta ordines et consuetudines

sunt secundum ordinem et continentiam mandatorum nostrorum de quibus ordinate habuisti commissionem a nobis, hortando eos illis bonis congruis dulcibus et pertinentibus verbis que tibi videbuntur ad bonam sinceritatem fidelitatis et pacificum quietum et utilem modum vivendi et standi unite in bono et perfecto amore et dilectione insimul cum bona obedientia et executione mandatorum nostrorum, sicut de eis plene confidimus et spem latam habemus. In dicto autem regimine stabis reges et gubernabis modis et conditionibus infrascriptis.

Iste debes per annum unum cum salario ducatorum centum ad soldos 124 pro ducato in mense, et ~~totum~~ ratione mensis ~~fiat~~ cum conditione ~~pta~~ partis solvendo medietatem tenendo ad tuum salarium et expensas famulos novem videlicet sex domicellos et tres ragatios et novem equos item tuis salario expensis unum cancellarium. Item unum doctorem cui facies expensas oris et habeat de salario ducatos centum viginti in anno et ratione anni, que salaria tua et doctoris solvantur de primis introitibus patriarchatus de sex in sex menses. Et omnia predicta salaria suprascriptorum ipse debent ad rationem soldorum centum pro ducato faciendo teneri computum ordinate de omnibus introitibus redditibus et proventibus ac de denariis et obventionibus quibuscumque spectantibus patriarchatui aquilegiensi etiam exigi faciendo illos nomine nostri domini prout et sicut exigebatur nomine patriarchae. Et ut dicta rationes et computa fieri facias ordinate et complete, prout est intentio nostra volumus quod debeas deputare et constituere duos ex illis in nostris fidelibus ad exequendum

predicta dando eis ordinem et regulam exationum et computorum fiendorum tam in scribendo quam in faciendo alia necessaria prout cognoveris et fuerit opportunum videndo rationes de tempore in tempus ut omnia ordinate procedant et cessent fraudes et deceptiones et accipies et tibi dari facies de tempore in tempus pecunias exactas quas penes te conservabis pro bono nostri communis.

[Item sicut captum est in consilio nostro decem Die XXIII decembris MCCCCLXXIIII tenebis de cetero claves portarum civitatis nostre Utini et per officiales tuos illas claudi et aperiri facies. sicut observatur in aliis civitatibus et terris nostris.]

Et ut dicta communitas cognoscat humanitatem et benignitatem nostram sumus contenti et placet nobis quod dicta communitas debeat se regere et gubernare secundum statuta et ordines et consuetudines suas et facere et eligere suos deputatos et officiales prout consueti sunt facere per elapsum. Et quod fiat ius in civilibus secundum mores suos Et quod tu debeas deputare unum Capitaneum in Utino secundum quod faciebat patriarcha. Ita tamen quod dictus Capitaneatus non vendatur et idem Capitaneus debeat facere ius in civilibus secundum mores suos sicut faciebant tempore patriarche. Et quod appellationes capitanei veniant et devolvantur ad te debeas insuper audire omnes differentias existentes inter castellanos et castellanos et inter communitates et communitates et inter communitates et castellanos ac omnes alias differentias et res que pertinebant ad patriarcham et illas terminare et diffinire prout tibi secundum

dictum et iustitiam videbitur servatis ordinibus et consuetudinibus patrie predicte. In criminalibus autem volumus quod arbitrium et libertas remaneat in te solo ut fiat debita iustitia et equalitas omnibus. Reservato semper officio nostrorum Advocatorum communis. Verum si aliquid faceres vel sentenciares super aliquibus que forent de iurisditione tua ubi non esset iudicium de vita et de membris aut membro et aliquis vellet se gravare et appellare volumus quod isti tales possint habere recursum ad nostrum dominium seu ad nostros auditores novos sentenciarum quibus huiusmodi res exnunc volumus esse commissas. Verum appellationes spectent tibi prout spectabant patriarche. Volumus insuper quod dicta communitas datia et introitus dicte communitatis secundum quod dederunt in scriptis provisori nostro exigat et exigi faciat de quibus faciant expensas suas et de dictis datiis et introitibus disponant secundum consuetudines suas et prout consueti sunt facere per elapsum. Ita tamen quod dictis introitibus fiant solutiones et restitutiones quas ordinavimus fieri.

Debeas stare attentus ad assecurari faciendum patriam et teneri stratas bene securas Ita quod mercationes per omnes stratas et vias possint continue cum bona securitate deferri; habendo ad hoc semper omnem solicitam diligentiam et solicitudinem opportunam prout de virtute et providentia tua gerimus spem sinceram. Informando per tuas literas nostrum dominium de tempore in tempus superinde ut de conditione patrie et securitate stratarum simus semper per te informati ad ple-

num ut quando et p nostro dominio apparebit providere possimus prout nobis videbitur.

Item observabis in quantum ad te spectat infrascriptam partem captam in nostris consiliis rogatorum et additionis tenoris inscripti, videlicet quod de cetero quilibet rector in reditu suo postquam applicuerit Venetias teneatur infra unum mensem ire vel mittere ad officiales rationum ad faciendum rationem cum eis et ad solvendum illud quod debebit dare et refundere nostro communi pro familia et pro quolibet equo qui sibi defecissent et pro tanto tempore quanto sibi defecerint. Verum si deficeret alicui rectori aliquis de sua familia habeat terminum ad remittendum alium octo dierum. Et si aliquis equus ei defecerit habeat terminum ad remittendum alium duodecim dierum. Et si remiserit ad dictos terminos nihil teneatur refundere communi pro eis. Si autem non remiserit ad terminos predictos tunc debeat refundere communi a die qua sibi defecerit usque ad diem qua remiserit in ratione predicta. Et hoc observare teneatur quilibet rector sub pena librarum quingentarum et nichilominus teneatur ad solvendum communi id quod debebit pro dictis defectibus in ratione dicta superius cuius pene librarum 500, medietas sit accusatoris si fuerit per quem sciatur veritas et alia medietas dividatur inter commune nostrum et officiales rationum predictos. Et si aliquis rector condemnaretur per officiales rationum quod deberet aliquid dare vel refundere tunc ille rector subiaceat parti capte in maiori consilio de modo servando contra illos qui non solvunt postquam eis preceptum fuerit per officiales rationum predictos.

Non permittes aliquem qui debeat esse de tua familia et ad soldum tuum habere soldum communis sub pena ducatorum decem pro quolibet ducato valoris totius eius quod ille recepisset et ultra hoc privationis regiminis.

Preterea non potest angariçare pro tuo servitio vel alieno accipere seu immittere aliquem stipendiarium equestrem vel pedestrem nec equos eorum vel roncenos extra civitatem Utini ullo modo nisi solum pro servitiis communis Venetiarum aut Utini.

Et non potes tu aut aliquis de tua familia recipere ab aliqua persona donum ullum vel presens ullo modo vel ingenio nec potest aliquis de tua familia habere commissionem ab aliqua persona causa placitandi pro ipsa.

Tu nec aliquis de tua familia non potes facere nec fieri facere mercationes nec tenere tabernam seu habere partem in datiis nec emere neque emi facere aliquam possessionem vel territorium in terra Utini nec in aliqua parte foroiulii toto tempore tui regiminis.

Et si uxor tua vel heredes tui tam masculi quam femine intelligendo heredem ab annis XVI supra seu socius tuus aut aliquis de tua familia fecerint aliquid quod tibi sit vetitum per tuam commissionem et fuerint accusati nostro dominio seu advocatoribus communis debes esse responsalor et pagator de omni eo quod advocatores convincerent in consilio in quo placitare vellent.

Et non potes sub debito sacramenti per totum tempus tui regiminis nec per unum annum

post contrahere vel contrahi facere matrimonium nec impetrari facere aliquam prebendam vel beneficium in locis tui regiminis pate vel aliis ullo modo.

Non potes nec debes angarizare nec cogere aliquam personam tam tibi subiectam quam aliunde pro tuis arnesiis blado feno paleis nec aliquibus aliis nec accipere potes aliquem currum seu aliqua animalia alicuius vel aliquorum pro deferendo de predictis rebus tuis nisi eis feceris debitam solutionem et iustam tamquam si fores specialis persona.

Item observabis infrascriptam partem captam in nostris consiliis rogatorum et additionis, videlicet quia communitatibus et hominibus terrarum et locorum acquisitorum de novo sunt facte multe promissiones concessiones et pacta et alia similia, et omni die comparent persone cum petitionibus vel alie informationes dantur aut provisiones facte sunt, per quas interdum pro non habendo menti ea que promissa vel concessa sunt scribantur litere et fiunt precepta rectoribus in forma que est forte contra dictas promissiones et pacta vel concessiones et hoc modo multe inconvenientie secute sunt et sequi possent in diminutionem fidelitatis dictorum nostrorum subditorum et bonum sit providere. Vadit pars quod scribatur et mandetur omnibus nostris rectoribus dictorum locorum et terrarum acquisitorum de novo et addatur in eorum commissionibus quod debeant dictas promissiones et concessiones nostras ac

pacta observare ad literam prout iacent. Et omni 5
vice qua sibi scribetur vel mandabitur aliquid
per nostrum dominium quod sit contra pacta
promissiones et concessiones nostras debeant dicti
rectores rescribere et informare nos in quo et
qualiter illud tale mandatum sit contra dicta
pacta concessiones et promissiones per nos factas
ut nostrum dominium possit providere aut
per dominium aut per collegium aut cum consi-
lio rogatorum prout melius videbitur.

Fine. Ponatur pars de facto ferri posita in 57 rogatorum ad
cartas 115 continetur

Capta. MCCCCXXVIIII, die XIIII Junij

Cum sicut clare manifestum est fiant multa contrabanna
de ferro quod conducitur ad multos portus et loca patrie forijulij et
etiam de eo conducitur ad partes Marchie et alio sine solu-
tione alicuius datij Que omnia redundant ad maximum
damnum et preiudicium introituum nostri dominij Et
bonum sit pro utilitate et commodo introituum nostri co-
munis providere superinde Vadit pars quod de cetero ordi-
netur quod aliquo modo forma vel ingenio per aliquem
cuiuscumque conditionis existat non possit carricari super
barcha vel alio navigio in aliquo flumine aqua vel portu
nec in aliquo alio loco patrie forijulij ferrum alicuius sor-
tis nisi in portugruario sub penis et strictuiis contentis in
parte nova contrabannorum Et committantur hec inqui-
renda omnibus Rectoribus dicte patrie et alijs nostris Recto-
ribus capitaneis et officialibus tam intus dictam patriam
quam extra, et tam intus Venetias quam extra Vene-
tias quibus facta foret aliqua conscientia de aliquo con

trafaciente habentibus partem suam de dicta pena ut in parte nova contrabannorum continetur. Verum ut melius obvietur contrabannis predictis ex nunc captum sit quod deputetur in portugruario unus Scriba qui debeat esse ad omne mandatum et obedientiam Potestatis nostri portusgruarij qui vero Scriba habeat bonam diligentiam et curam in scribendo et tenendo ordinate computum totius ferri quod illuc per quoscumque conducetur et macios et sortem eius et cuius erit et deinde quando carricabitur, debeat accipere idoneas et sufficientes plezarias a patronis barcharum et navigiorum in quibus huiusmodi ferrum carricabitur, quod illud conducent Venetias et non alio, et debeat dictus Scriba facere dictis patronis contraliteras de quantitate et sorte et maciis ferri et cuius erit, et in eis contraliteris notare nomina patronorum, de quibus contraliteris et de quantitatibus, maciis et sortibus ferri illuc conducti ut supra et de nominibus quorum erunt ordinate faciat unum quaternum quem singulo mense teneatur mittere officialibus nostris tabule ut possint inquirere contra illos qui contrafacerent Et ordinetur quod dictus Scriba faciat dictas contraliteras unam pro barcha et sub tot nominibus quot erit ferrum carricatum habendo pro qualibet contralitera soldos quatuor parvorum. Et debeat dictus Scriba facere unum registrum dictarum bulletarum quem debeat dare potestati nostro portusgruarij qui Potestas illum ducere debeat in fine sui regiminis presentandum dictis officialibus. Verum si quis inventus fuerit contrafecisse presenti ordini quisquis sit subiaceat omnibus dictis penis et stricturis et nichilominus ultra dictas penas et stricturas patroni predicti contrafacientes ammittant barchas et eis non possit fieri aliqua gratia donum remissio sub omnibus penis et strictu-

(predictis) ris. Et committantur hec inquirenda omnibus Rectoribus et officialibus superius dictis habentibus partem penarum sicut superius dictum est. Et ponatur hec pars in commissione locumtenentis patrie forijulij, potestatum portusgruarij Caprolarum, Gradi et Marani et etiam detur dicto Scribe deputando in portugruario qui scribanus habeat partem penarum penarum si quem accusaret contrafacientem velut accusator. Et mittatur presens pars locumtenenti patrie forijulis ut illam faciat publicari Utini, Venzoni, Glemone et in omnibus aliis locis patrie in quibus sibi videbitur.

de parte – 90, de non 23, non sinc. 4. (Sen. Misti R. 57 c. 114.)

Ponantur etiam partes generales posite in fine commissionis potestatis Vincentie.

Item observabis partem captam in Rogatis MCCCCI die XXIIII novembris Videlicet. Quod omnes Rectores nostri teneantur et debeant facere et dare sine aliqua diminutione socijs et notariis quos habere tenentur totum et quicquid in eorum commissione continetur sub pena privationis per quinque annos omnium Regiminum communis Venetiarum intus et extra et librarum V^c in suis proprijs bonis quarum librarum medietas sit accusatoris si fuerit per quem sciatur veritas, quartum sit nostrorum advocatorum communis quibus hec committantur et aliud quartum nostri communis. Et ultra hoc totum illud quod debuissent dare dictis socijs suis et notariis secundum formam suarum commissionum et non dedissent tam pro salario quam pro expensis veniat in nostrum commune. Et ultra hoc quilibet sociorum et notariorum predictorum infra (unum) mensem postquam aplicuerit Venetias si non habuerit salarium et expensas sicut debuerit a Rectore suo secundum formam suarum commissionum teneantur

ire ad advocatores nostros communis et facere eis conscientiam de predictis habendo partem pene suprascripte pecuniarie velut accusator et si ~~ut~~ hoc non fecerit privetur quod non possit unquam esse notarius neque socius alicuius nostri Rectoris et cadat in penam librarum C^m dividendam ut de aliis penis dictum est Et non possit alicui contrafacienti fieri aliqua gratia donum remissio nec aliqua declaratio sed semper amplietur presens pars sub omnibus penis ligaminibus et strictureis contentis in parte nova contrabannorum. Verum sit in libertate Rectoris si tibi videbitur et placebit, dandi illis notaria vel sotio quibus debebit facere expensas libra L parvorum in anno et ratione anni pro quolibet pro expensis quas facere deberet predictis, si vellet dare potius pecuniam quam facere eis expensas, non possendo dare cuilibet eorum minus librarum L ut superius dictum est.

(Commissioni, lib. 6.° p.° 5.)

Item ponatur pars capta in rogatis in MCCCCXXII de mense maij ut in libro 54 Rogatorum continetur — Incipiens: Cum Rectores nostri terrarum de novo acquisitarum. (Vedi p. 6.)

Item observabis partem suprascriptam captam in Consilio Rogatorum et addictione MCCCCXXII, die XXVIII aprilis videlicet: Cum omnes rectores nostri terrarum nostrarum iuxta formam suarum commissionum et ordinum nostrorum debeant infra mensem in introitu suorum regiminum et teneantur esse fulcitis equis omnibus quos habere debent et tenentur tenere secundum suas commissiones Et habeatur informatio quod rectores predicti non observant

ita uno faciunt sibi accomodare equos et illos detinent faciendo solum expensas ut appareat et videatur ipsos habere equos suos Et hoc modo contrafit nostre intentioni et ordinibus nostris Et sit bonum pro honore nostri dominij taliter providere quod dicti rectores observent ea ad que tenentur — Vadit pars quod de cetero si rectores nostri predicti infra mensem non erunt fulciti omnibus equis quos habere tenentur iuxta formam eorum commissionum et pervenerit ad noticiam nostrorum officialium rationum quibus talia sunt commissa cadant ipsi rectores ad illam eamdem penam pro uno quoque ipsorum equorum quem non haberent emptum ad quam caderent si deficiente aliquo equo illum talem non remiserit iuxta continentia ordinis predicti. Et infra illud tempus quo illum remittere tenentur Et si se ipsos accusaverent cadant solum ad illam penam ad quam cadunt iuxta leges et ordines nostros. Et pro meliori executione huius nostre intentionis committatur expresse dictis officialibus nostris rationum quod solicite et diligenter investigare debeant de huiusmodi rectoribus contrafacientibus vel per viam investigationis vel aliter sicut sibi videbitur Exigendo a contrafacientibus penas ad quas incurrerent de quibus penis habeant illi nostri officiales rationum illam partem quam habent de aliis penis sui officij et iuxta continentiam et tenorem ordinis prelibati.

Item observabis partem captam in nostris consiliis Rogatorum et additione in millesimo quadringentesimo sexto Indictione XV.ª die decimonono mensis februarij tenoris infrascripti videlicet. Quia Communitatibus et hominibus terrarum et locorum acquisitorum de novo sunt fa- 1406

cte multe promissiones concessiones et pacta et alia similia
et omni die comparerant persone cum peticionibus vel alie
informationes dantur aut provisiones fiunt per quas inter-
dum pro non habendo menti ea que promissa vel conces-
sa sunt. Scribantur littere et fiant precepta Rectoribus in
forma que est forte contra dictas promissiones pacta vel
concessiones Et hoc modo multe inconvenientie secute sunt
et sequi possent in diminutionem fidelitatis dictorum no-
strorum subditorum et bonum sit providere. Vadit pars
quod scribatur et precipiatur omnibus nostris Rectoribus
dictorum locorum et terrarum de novo acquisitarum et
addatur in eorum commissionibus quod debeant dictas
promissiones et concessiones nostras ac pacta observare ad
litteram prout jacent. Et omni vice qua sibi scribetur
et mandabitur aliquid per nostrum dominium quod
sit contra pacta promissiones et concessiones nostras, de-
beant dicti nostri Rectores rescribere et informare nos in
quo et qualiter illud tale mandatum sit contra pacta
promissiones et concessiones per nos factas ut nostrum
dominium possit providere aut per dominium aut per col-
legium aut cum consilio Rogatorum prout melius vide-
bitur.

Item observabis et facies observari in quantum ad te spe-
ctat partem captam in nostris consiliis Rogatorum et addi-
tione 1423 die XXVI.° septembris continentem Quod de cetero
nullus Judeus vel Judea possit emere vel acquirere in aliqua
terra vel loco nostro aliquam possessionem vel domum ali-
cuius manerie vel sortis vel aliquod aliud stabile sub pena
perdendi dictam possessionem domum et aliud stabile
sic emptum vel taliter acquisitum quod veniat in nostrum

commune et si accusator fuerit per quem sciatur veritas habeat medietatem et teneatur de credentia et reliqua medietas sit nostri communis. Preterea quia omnino est providendum quod in terris et locis nostris Judei seu Judee ullum stabile habeant statuatur et captum sit quod omnes Judei et Judee qui in aliqua terra vel loco nostro habent aliquam possessionem domum seu aliud stabile teneantur et debeant dictas possessiones domos seu aliud stabile vendidisse et alienasse infra biennium a die qua presens pars fuit publicata in eis locis ubi habent dicta bona, quod si non observabunt et negligentes fuerint executioni mittere infra predictum tempus amittere debeant omnia dicta bona stabilia que non alienassent que veniant in nostrum commune Reservato in ipsis iudeis omne id quod sibi appareret promissum esse per nostra privilegia et scripturas duntaxat in Judaicis terrarum nostrarum marittimarum. Et si accusator fuerit per quem sciatur veritas de predictis habeat medietatem, et reliqua medietas sit nostri communis. Et de predictis vel aliquo predictorum non possit fieri gratia, donum remissio et compensatio nec aliqua declaratio nec presentis partis revocatio vel suspensio sub pena ducatorum V^c. pro quolibet consiliario capite sapiente vel alio ponente vel consentiente partem seu gratiam in contrarium. Et predicta committantur inquirenda et exequenda Rectoribus locorum et advocatoribus nostri communis habentibus partem ut de aliis sui officii. (Commissioni Lib 6, p.^a 5 t.^o)

Ponatur etiam pars de furantibus etc. (vidi pag 4.)

Ponantur due partes capte die 29 Julij 1506 in Consilio X.

(Volve)

MDVI, Die XXVIIII Julii. In Consilio Decem.

Ex omnibus justis et bene consyderatis respectibus Auctoritate huius Consilij Captum et Deliberatum sit: Quod occurrente imposterum casu mortis alicuius ex fidelissimis secretariis nostris, Non possit filio vel filiis suis Dari et dispensari illud ipsum Salarium quod habebat pater suus vivens: Sed bene possit illi vel illis dari et deputari illud Salarium quod videbitur, et paterno merito et persone filii convenire; ab illa Summa Salarij quod habebat pater infra. Nec possit pro prima vice dispensari illi vel illis plus eo quod foret medietas salarij paterni: Sed bene possit postea de tempore in tempus augeri Salarium per hoc Consilium prout fuerit meritum et Sufficientia ipsorum filiorum: Et sit ista pars stricta et ligata qualiter fieri non possit: Nec presens ordo revocari nec suspendi: Nisi per tria quinta ballotarum huius Consilij congregati ad perfectum numerum 17 et sub eisdem strictiris non possint fieri augumenta Salariorum Secretariis et Notariis Cancellarie nostre; Nisi per viam et modum ballotationis fiende ad unum ad unum illorum quibus videretur facienda additio. Notariis vero extraordinariis non possint quacunque ratione vel causa ullo modo augeri Salarium: nisi per Deliberationem huius Consilii et per tria quarta ballotarum eiusdem 9-

29 luglio) Ser Paulus Capello eques consiliarius vult partem suprascriptam in omnibus cum hac additione: Quod augumenta nunc fienda Secretariis et Notariis suprascriptis fieri habeant et debeant per ballotationem ad unum ad unum ipsorum nominatorum. — 7 – 0 – 0.

(Cons. X Miste – R.° 31 c.° 43.)

MCCCCLXXIII, die XX Octobris cum additione.

Exploratissimum est omnibus quam inique et perfidiose moneta nostra cuiuscumque generis a diversis improbis hominibus et in variis locis vicietur et adulteretur, ac in quanta summa et perseverantia in huncusque diem ipsa creverit. Et nisi huic inconvenienti et malignis pariter hominibus opportunis remediis et novis ac expavescendis legibus occuratur posset quandoque statui nostro maxime inferre pericula et incomoda. Iccirco Vadit pars quod firmiter statuatur posthac et observetur Quod quicumque monetam nostram tam auri quam argenti in magna vel parva quantitate falsificaverit vel viciaverit in hac Civitate nostra Venetiarum et aliis quibuscumque terris et locis nostris tam maritimis quam terrestribus comburantur absque aliqua remissione.

Et ad hanc ipsam penam cadant omnes illi qui in terris alienis illam falsificaverint vel viciaverint perveniendo in fortiam nostram seu rectorum nostrorum. Nec fiat aliqua differentia inter illos qui monetam falsam cuderint et illos qui eam iecerint in formam; Sed omnes indifferenter unimet pene subiaceant comburendorum seu falsificantium. Subiaceant huicquoque pene ignis omnes illi qui stampas fecerint aut favorem prestiterint his qui eas confecerint vel monetam nostram falsificaverint, aut in aliqua parte participes fuerint vel quoquo modo conscii utriusque rei conficiendarum seu stamparum et monete nostre auri vel argenti falsificande vel viciande. — Si aliquis preterea quisquis sit tam Civis et Subditus noster quam forensis scienter miserit vel conduxerit aut mitti vel conduci fecerit ad partes Sultani et alias partes aliquas pecias argenti adulterati bullatas bulla nostra Sancti Marci vel ducatos aureos falsos vel monetas adul-

terinas cunij nostri cum quibuscumque navigijs tam nostrij quam forensibus, Et etiam quicumque miserit vel conduxerint aut mitti vel conduci fecerint ad partes supravscriptas cum navigijs nostrij monetam falsam cuiusvis alterius stampe quam nostre intelligantur omnes incurrisse penam combustionis supradicte.

Nec possit poni pars afficiendi huiusmodi deliquentes qui fuerint confessi vel absentes minori pena quam suprascripta, Sub pena ducatorum mille auri exigendorum in prompta pecunia a quolibet poneinte partem aut ballotam minoris pene quam comburendorum delinquentium. Et capita huius Consilii et advocatores Communis et quilibet eorum subito lecta parte que supradictis delinquentibus minorem penam daret quam suprascriptam comburendorum seu falsificantium exigant absque aliquo Consilio penam predictam, cuius medietas sit sua, et alia medietas deveniat in Cameram huius Consilii.

Et ut radices et semina huiusmodi falsificatorum, magistrorum stamparum, participum, consciorum et fautorum huius scelerate et detestande artis omnino exterpentur ita ut in terra viventium non appareant, sit autoritate huius Consilii statutum et firmiter ordinatum quod qui ubique locorum interfecerint aut in fortiam nostram vel Rectorum nostrorum vivum aut mortuum dederint aliquem ex his delinquentibus Et ita esse cum veritate reperiatur, habeant a dominio nostro libras III.^{m} parvorum pro quolibet sic mortuo aut presentato vivo vel mortuo. Et ultra hoc si dicti interfectores vel presentatores fuerint exules huius Civitatis nostre Venetiarum pro monetis falsis tam vel terrarum et locorum nostrorum pro crimine dictarum monetarum falsarum et pro alio quocumque delicto exceptis rebellibus assassinis et condemnatis per hoc Consilium. X.

sint etiam absoluti et extracti de banno. Et si non essent exules, habeant suprascriptas libras III.^m ut supra, et possint extrahere de banno unum bannitum de terris et locis nostris, exceptis rebellibus, assassinis et bannitis per hoc Consilium et per advocatores pro unoquoque eorum interficientium seu presentantium.

Et si fuerint plures uno qui simul contrafecerint aut falsificaverint monetam nostram, aut fecerint stampas, et unus eorum vel plures interfecerint aut in fortiam nostram seu Rectorum nostrorum vivum vel mortuum dederint aliquem sociorum suorum, sit absolutus vel absoluti a pena quam incurrissent, et habeant predictas libras III.^m pro unoquoque sic mortuo aut presentato vivo vel mortuo. Et ultra hoc si esset exul vel exules huius Civitatis nostre Venetiarum pro monetis falsis tantum vel terrarum et locorum nostrorum pro dicto crimine monetarum falsarum et alio quocumque delicto, exceptis rebellibus, assassinis et condemnatis per hoc Consilium, sit absolutus vel absoluti a dicto exilio. Et si non esset bannitus vel banniti possint extrahere de banno unum bannitum de terris et locis nostris exceptis pro quatuor suprascriptis casibus, pro unoquoque eorum interficientium seu presentantium, ultra receptionem suprascriptarum librarum III.^m ut supra.

Stronzantibus vero et cum aqua diminuentibus monetam nostram amputetur manus dextera et eruantur ambo oculi. Qui autem accusaverit quemquam ex suprascriptis falsificatoribus, magistris stamparum, participibus, consciis, fautoribus stronzatoribus seu ad aquam diminuentibus monetam nostram predictam, ita quod per eius accusationem veritas habeatur, habeat a dominio nostro, pervento delinquente in forciam nostram seu Rectorum nostrorum, et habita veritate, libras mille parvorum pro quoque accusato. Et si fuerit aliquis qui sciverit aliquem facere seu committere ex suprascriptis delictis, et eum

non accusaverit, et postea ad noticiam nostram pervenerit talis taciturnitas, ille talis cadat in penam librarum mille parvorum et stare debeat anno uno in carcere forti; de quibus penis non possit fieri aliqua gratia, donum, remissio vel recompensatio sub strictiori parte huius Consilii +.

Sit insuper ordinatum quod quicumque cuderit seu in formam iecerit, vel cum aliquo qui cudat seu in formam iaciat aliquam monetam falsam auri vel argenti, que sit sub stampa vel forma alicuius monete extranee seu forinsece tam in hac civitate nostra Venetiarum, quam in aliqua alia terra vel loco nostro participaverit, cadat ad suprascriptam penam comburendorum delinquentium cum stricturis positis in capitulo non afficiendi delinquentes minori pena ignis.

Coeterum ordinetur quod quicunque posthac emerit vel miserit ad aliquem locum tam nostrum quam extraneum pro emendo vel accipiendo aliquam quantitatem monete (falle) auri vel argenti magnam vel parvam et qui illam scienter conduxerit vel conduci fecerit, aut expenderit vel expendi fecerit tam in hac Civitate Venetiarum quam aliis omnibus terris et locis nostris terrestribus vel maritimis, aut alio modo fuerit causa huiusmodi delicti, vel dederit aliquem favorem dictis latoribus, cadat in penam amputande manus dextre et eruendorum amborum oculorum, et ultra hoc solvendi ducatos mille. Et si fuerit accusator habeat medietatem dicte pene pecuniarie de bonis delinquentium si reperientur. Et si non reperientur habeat a dominio nostro libras mille parvorum. Et si accusator fuerit culpabilis aut particeps quoquomodo vel conscius sit absolutus a pena quam incurrisset et habeat etiam medietatem suprascripte pene pecuniarie de bonis eorum quos accusasset si reperientur, et si non reperientur, habeat a dominio nostro libras mille parvorum. Verum.

si quisquam hoc sciverit et non denuntiaverit seu delinquentes accusaverit, solvat libras mille parvorum et stet anno uno in carcere forti. Nec possit eis fieri gratia ut sub penis et strictu- ris supradictis. — Et hismet conditionibus et penis subiaceant illi qui fuerint missete seu mediatores ad emi faciendum huiusmodi monetas falsas.

Et ut quilibet certus sit recipere et habere taleas supradictas captum sit et ordinatum quod Capita huius Consilii teneantur quotienscumque occurrerit casus, solvi facere taleas suprascriptas de quibuscumque denariis nostri dominii. Et non possit per quempiam impediri solutio huiusmodi talearum sub pena ducatorum V.c

Et publicentur impresentiarum omnia suprascripta super scalis Rivoalti et in Sancto Marco. Et similiter in futurum singulis quatuor mensibus. Et teneantur notarii huius Consilii dictam publicationem faciendam ut supra commemorare Capitibus (eiusdem) Consilii que per tempora fuerint sub pena privationis notariatus huius Consilii.

Rectores autem terrarum nostrarum tam terrestrium quam maritimarum quibus de hoc decreto nostro dari debeat noticia et poni in eorum Commissionibus debeant illud nunc et singulis quoque quatuor mensibus per futura tempora in suis regiminibus facere publicari et observare, ac contrafacientes punire. Nec minori pena quam contenta in decreto suprascripto punire possint delinquentes qui fuerint confessi vel absentes sub pena ducatorum Mille exigendorum per Capita huius Consilii, sine alio consilio, et privationis omnium officiorum, beneficiorum et regiminum dominii nostri per annos quinque.

Verum sicut materia provisionum factarum et faciendarum super moneta nostra ex eius summa importantia ad

31

statum nostrum tractatur in hoc consilio, Ita conformum et decens, ymo necessarium est ut punitio et executio facienda contra falsificantes et depravantes illam in eoquoque Consilio determinetur. Eo maxime quia scelus id sapit crimen lese maiestatis; Iccirco statutum et ordinatum sit quod formatis de cetero processibus per advocatores Communis et expeditis cum Collegio Consilii X. delinquentibus et quoquomodo culpabilibus huius criminis punitio et executio contra eos facienda tractetur in hoc Consilio in quo procedi debeat iuxta ordines ipsius Consilii.

De parte + 27 - De non 1 - Non sinc.ʳ 8. –

(Consiglio dei Dieci, Misti, R.° 18, c.ᵉ 26.)

Insuper mandamus tibi cum nostro consilio rogatorum quod infrascriptam commissionem quam dedimus Thesaurario nostro Patrie debeas cum effectu observare et facere – in eo quod ad te spectat observari. Tenor autem dicte commissionis talis est videlicet ut continetur in libro rubeo bombicino novo commissionum secretarum ad cartas 99. (Tale libro non fu rinvenuto e probabilmente non esiste più)

(Item ponatur pars posita in fine commissionis potestatis Vincentie sub hoc signo X.

MCCCCL quinto die nono Julii in Consilio X. – Licet per formam partium et ordinum nostrorum captorum in isto Consilio optime sit provisum circa observationem privilegiorum et promissionum factarum Communitatibus terrarum et locorum nostrorum tempore acquisitionis illarum tamen sicut clarissime videtur per auditores novos vel tamquam sindicos vel tamquam advocatores quesitum fuerit et de presenti queratur variis viis – et modis et sub diversis coloribus contrafieri facientes Intromissiones et suspensiones ac declarationes quas non debent

per expressum contra privilegia et promissiones predictas ac contra formam partium captarum in isto consilio que quidem partes capte fuerunt pro conservatione promissionum et privilegiorum suorum in acquisitione dictarum terrarum et locorum premissorum Que res inducunt non parvam confusionem et scandalum ac maximam murmurationem inter subditos nostros ex quo plurime lamentationes et querelle facte fuerunt et quotidie fiunt coram capitibus huius Consilii per Ambassiatores et nuntios communitatum et locorum predictorum et per alias speciales personas supplicantes et maximis precibus instantiis requirentes quod amodo detur eis talis ordo et lex quod intelligant qualiter vivere et se regere ac gubernare habeant. Et pro obviando tantis inconvenientiis et malis que ex hoc sequi possent faciat pro honore et debito nostro providere quod huiusmodi querelle subditorum nostrorum cessent et quod deliberationes facte per hoc consilium inviolabiliter observentur.

Vadit pars Quod salvis omnibus ordinibus et partibus captis in isto Consilio loquentibus supra observatione privilegiorum et promissionum factarum Communitatibus terrarum et locorum nostrorum in acquisitione eorum omnia intromissa suspensa et declata quovis modo per dictos auditores vel tamquam sindicos vel tamquam advocatores et nondum per eos expedita a tempore dictarum partium captarum in isto Consilio citra contra dictas partes auctoritate huius Consilii retractentur et pro cassis et revocatis habentur. Revertentibus ipsis causis intromissis suspensis aut declaratis quoquomodo in eo statu esse ac vigore et robore quibus erant ante dictas intromissiones suspensiones aut declarationes.

Et ut huiusmodi querelle Communitatum et subdi-

39

torum nostrorum cessent que quotidie fiunt ante Capita ordinetur et captum sit quod ipsi auditores vel tamquam sindici vel tamquam advocatores de cetero non possint aliqualiter se impedire aut ullo modo facere contra contenta in partibus suprascriptis sub pena ducatorum ducentorum auri cuilibet eorum quam ab eis et quolibet eorum quilibet advocatorum Communis exigere debeat sine aliquo consilio totiens quotiens contrafecerit vel contrafecerint habendo partem ut de aliis sui officii sub pena predicta ducatorum CC. auri quam Capita ~~exigant~~ cum isto consilio exigant ab advocatoribus et auditoribus predictis contrafacientibus. — Et nichilominus id quod per dictos auditores vel tamquam sindicos vel tamquam advocatores factum foret, vel fieret contra continentiam partium et ordinum predictorum sit nullius valoris vel vigoris. Et suprascriptus ordo intelligatur pro omnibus terris et locis nostris.

Causarum vero que tam per ipsos auditores solos vel tamquam sindicos vel tamquam advocatores quam etiam per ipsos cum consiliis expedite fuissent de quibus aliquis vel aliqui vellent conqueri. Cognitio spectet advocatores Communis possint et debeant si sibi videbit contrafactum fuisse partibus et ordinibus suprascriptis eas causas intromittere et ducere ad consilia sicut possunt de aliis sibi et officio suo commissis.

Et pro informatione et contentamento Communitatum et subditorum nostrorum scribatur et mandetur rectoribus Civitatum nostrarum et ponatur in eorum commissionibus quod sub pena ducatorum CC. auri in bonis suis exigenda per Capita sine aliquo consilio que veniat in Cameram consilii X presentem ordinem nostrum observent et faciant inviolabiliter observari, aliqua intromissione vel suspensione non

obstante. Et addatur in capitulari auditorum novorum ut per ignorantiam se excusare non possint. Et presens pars revocari non possit, suspendi, declarari aut interpretari nisi per quindecim huius Consilii.

(Commissioni, libro II.° c.e 7 tergo.)

Pars loquens de alchimia ut continetur in hac libro a carte 90 incipiens tollenda sunt etc.

Item observabis partem captam in Consilio X cum additione, die XVII decembris 1488 tenoris infrascripte videlicet:

Tolenda sunt de medio ea omnia que possunt prestare vel habilitatem vel tegmentum ~~scelera~~ scele tissimis et detestandis fabricatoribus et adulteratoribus monetarum tam auri quam argenti. Et quoniam sicut multiplici experientia compertum habetur Est alchymia et ea instrumenta quibus alchymiste utuntur que demum convertuntur et exeunt in predictum pessimum effectum, Eapropter Vadit pars quod auctoritate huius Consilii captum et firmiter deliberatum sit: Quod post hac nemo, et sit qui esse velit, et tam secularis quam ecclesiasticus vel religiosus quocumque nomine vel dignitate fungatur, non possit nec in hac urbe nostra Venetiarum, nec in aliqua parte ditionis nostre, tam a parte terre quam maris, laborare de ipsa arte alchimie; tam pro fatiendo aurum quam argentum: nec habere vel tenere aliquem furnellum, borzam vel aliud instrumentum pertinens ad illiusmodi exercitium alchimistale, sub pena contrafacere presumentibus standi per annum unum in carceribus Venetiarum clausus, et banni deinde de Venetiis et districtu, sive in illis carceribus et de illis terris et locis nostris in quibus fuerit contrafactum per annos quinque tunc proximos; et si fuerit accusator per quem veritas habeatur, habeat libras V.c de bonis accusati, et si non esset solvendo, solvantur ex pecuniis dominii

nostri, et teneatur de Credentia. Et si idem accusator fuerit servus vel serva sit liber et libera ab omni vinculo servitutis: si vero foret famulus vel famula scripta, remaneat libera ab omni obligatione patronorum, et ultra salarium suum habeat cum integritate recipiendum ab eisdem: ac si per totum tempus conventum illos servivissent habeant libras V.c suprascriptas, ut supra solvendas. Si vero contrafactor predictus erit persona ecclesiastica cuiuscumque nominis gradus et dignitatis ea fuerit incurrat in penam banni decennalis. Et sub eadem pena tam carceris, quam banni, quam peccunie omnes illi qui de presenti habent furnellos et alia artificia pertinentia ad talem artem debeant illos destruxisse infra octiduum post publicationem presentis ordinis.

Executio vero presentis partis commissa sit capitibus huius consilii et advocatoribus comunis in Venetiis, de extra vero Rectoribus nostris, et publicetur cras in scalis Rivoalti et mittatur ad rectores omnes nostros(1) presentes: successores vero in primo — Regiminum suorum faciant publicare, observare et irremisibiliter exequi contra contrafacientes. — Die XVIII decembris 1488 publicatum in scalis Rivoalti per bagatinum preconem.

Suprascripta pars ponatur in commissionibus Rectorum terrarum infrascriptarum.

Padue	Creme	Civitatis belunij.
Vincentie	Tarvisii	Clugie.
Verone	Locumtenentis patrie	
Brixie	Ravene	
Bergomi	Feltris	

(Commissioni, Libro VI.° pg. 89 t.°)

(1) de extra et ponatur in eorum commissionibus cum ordine et mandato ut illam nunc rectores *

Castrum Utini

Committimus etiam tibi quod omnino stare et habitare debeas cum familia tua in Castro Utini toto tempore quo ibi stabis et non in aliquo loco terre Utini Et si non habitabis in ipso castro non debes habere nisi medietatem salarii tui sicut deliberatum est per nostrum Consilium rogatorum.

Item ponatur pars de condemnationibus factis quod non fiat suspensio solutionis ut continetur in 3.º rogatorum per terram ad cartas 179 sub hoc signo ⊗:

MCCCCLV. die XX Octobris.

Quoniam propter multas suspensiones que facile fiunt per advocatores et auditores de condemnationibus factis et que dietim fiunt Impeditur exactio multarum pecuniarum nostrarum:

Vadit pars quod de aliquibus condemnationibus factis vel fiendis per Rectores nostros omnes a parte terre non possit fieri aliqua suspensio solutionis illarum per advocatores, auditores vel alia regimina et officia nostra aliqua causa vel occasione nisi per unum vel duos menses ad longius in quorum fine teneantur Rectores illas omnino exigere vel exigi facere secundum formam suarum commissionum et ordinum Civitatum et locorum in quibus erunt Rectores. Et si per dictos advocatores et alios imponeretur aliqua pena dictis Rectoribus quod observarent dictas suspensiones non teneantur nec debeant prefati Rectores observare dictas suspensiones neque subiaceant alicui pene nisi captum fuerit per istud consilium. Verum si aliquis se appellaret, aut Advocatores et auditores ac Sindici intromitterent aliquam de dictis condemnationibus quam ducere non possent ad consilia vel illam expedire quia Rectores vellent esse presentes, hoc casu teneantur rectores

suspendere exationem dictarum condemnationum donec ille appellationes vel intromissiones receperint finem intelligendo de condemnationibus de quibus potest appellari.

Preterea quoniam multi condemnati recedunt de locis in quibus sunt condemnati et vadunt ad alias terras et loca nostra donec Rectores qui eos condemnaverint recedunt de Regiminibus et per hunc modum multe condemnationes vadunt in oblivionem. Captum et ordinatum sit. Quod omnes Rectores nostri a parte terre teneantur et debeant sub debito sacramenti compellere realiter omnes condemnatos terrarum nostrarum ad peticionem Rectorum illorum locorum in quibus facte fuerint (condemnationes). Et addatur hec pars in commissionibus omnium Rectorum a parte terre ac mittatur omnibus Rectoribus principalium Civitatum nostrarum cum ordine quod illam mittant ad omnes Rectores territorij regiminum suorum, ut ab omnibus inviolabiliter observetur.

De parte	94	Padue	Pergami
De non	5	Vincentie	Tarvisij
Non sinc.	7	Verone	Locumtenenti patrie
		Brixie	Forijulij.

(Senato Terra, R.° 3.° c.° 178 t.°)

Item ponatur pars nova de introitu et exitu regiminis ut continetur in 4° rog.m p. terram c.° 182 sub hoc ✠

MCCCCLXI, die sexto Octobris

Provisum est et bene quidem Quod nobiles nostri habentes Regimina et officia habeant contumatiam per leges nostras limitatam ut unusquisque de ipsis Regiminibus et officijs, sicut debitum et equum est participare possit. Verum quia leges ipse per negligentiam nonnullorum suprascriptorum Rectorum et officialium, Qui tempus ingressus Regimi-

num et officiorum suorum sicuti tenentur nostro dominio litteris suis non significant non observantur.

Vadit pars Quod de cetero omnes Rectores et officiales nostri a parte terre et maris teneantur binis litteris suis alteris ad nostrum dominium, et alteris ad officiales Rationum veterum diligenter significare diem Introitus Regiminum et officiorum suorum. Et similiter reportare litteras a successoribus suis de contignatione exituque eorum. Et notentur tam introitus quam exitus eorum in duobus libris ad hoc deputatis silicet ad nostram Cancellariam et ad suprascriptum officium Rationum veterum. Et si quis suprascriptorum Rectorum quorum introitus et exitus ut supra non notatus inveniretur ad aliquod Regimen vel officium eligetur et fieret conscientia dominio quod contumatia sua nondum completa esset probari nullo modo possit sub pena cuilibet consiliariorum ducatorum centum in contrarium terminantium, quam de facta exigant Advocatores sine ullo consilio. Et si advocatores ipsi eam non exigerent, capita de XL.ta sub debito Sacramenti exigere teneantur. Et ponatur hec pars in Commissionibus omnium suprascriptorum Rectorum officialium et Castellanorum.

de parte	147
de non	1
non sinc.	1

(Senato Terra, R.° 4.° c.° 182.)

Item ponatur pars periurii ut continetur in 4.° rogatorum per terram c.° 187 sub hoc ☉.

45.

MCCCCLXI die primo mensis Decembris Indictione X.^a

Qui gubernaculis Civitatum preficiuntur maxime intenti esse debeant ea peccata vetare que omnipotentis dei indignationem provocare facile possent quorum nullum a christianis detestabilius haberi debet quam periurium quo Justitia que immaculata esse debet pervertitur et quod scelestius est fides Christi negatur hisque temporibus reperiantur nonnulli iniqui et perfidi homines qui spreto honore ac reverentia dei, pecunia et promissionibus corrupti in tam execrandum scelus se labi permittunt.

Vadit pars Quod si quis de cetero in tam nefandum scelus incidisse inventus fuerit non possit minore supplicio incisione lingue puniri per modum ut loqui non possint.

Et consiliarii, capita de XL.^a Advocatores Communis et omnes alii ponendarum partium auctoritatem habentes, non possint minoris pene partem ponere sed maioris si eorum conscientie videretur, secundum deliquentis peccati conditionem sub pena cuilibet eorum in parte furantium contenta. Ut iusticia in qua Civitatum salus maxime consistit sicuti par est, iuxta divinum preceptum veneretur et servetur hec lex sancta ob hominumque malicias necessaria in omnibus Civitatibus et locis nostris tam a parte maris quam a parte terre. Et ponatur in Commissionibus omnium Rectorum suprascriptarum terrarum et locorum nostrorum, qui sub debito sacramenti teneantur in ingressu Regiminum suorum, eam publicari facere ut omnibus nota sit. Et similiter mittatur exemplum illius unicuique sindicatuum palatii nostri et officiorum Rivoalti ubi ius ministratur, judices et officiales quorum sub debito sacramenti teneantur eam singulo mense publicari facere, ut si eiusmodi iniqui et execrandi homines con-

scientia animarum suarum tam nefandum scelus patrare non verentur, terrore pene saltem abstineant. Et publicetur hec pars super scalis Rivoalti ut omnibus innotescat.

de parte — 155
de non — 3
non sinc. — 4.

(Senato Terra, R.° 4.° c.° 186 t.°)

(Item ponatur pars posita in 5.° rogatorum terra c.° 18 sub hoc △)

MCCCCLXII. XVII Septembris.

Cum sit quod de tempore in tempus per Consilia nostra facte fuissent multe provisiones ut pecunie officio nostrorum gubernatorum introituum debite de manibus debitorum dicti officii exigerentur, quibus non obstantibus sunt multi debitores, videlicet iudices, vicarii, cancellarii, commestabiles, commilitones, et alii officiales rectorum nostrorum qui solvere minime curant eorum debita. Et licet dicti gubernatores miserint nuntios suos ad cogendum dictos debitores, tamen non habuit executionem in modum quod sunt aliqui qui ad dictum officium tenentur pro duobus, tribus et quatuor officiis Regiminum, et expresse intelligitur, quia de ratione predicta exigere habemus ducatos sex mille vel circa, et non sit tollerandum quod denarii deputati pro diffalcatione camere nostre imprestitorum per huiusmodi debitores in usum suum convertantur. Quo circa providendum est, quod tales debitores non sint prerogativi aliis; Vadit pars quod sicuti debitores nostri nobiles non possunt probari ad aliquod officium seu beneficium donec debita sua cum integritate solvunt: ita de cetero non possint aliquis vel aliqui predictorum officialium debitorum dicti officii acceptari per quemquam nostrum nobilem rectorem vel officialem sub pena ducatorum C auri pro quolibet contrafaciente, exigenda per gubernatores predictos et

solvendi totum id quod dictus officialis vel officiales dare tenerentur. Et si immediate non solverint cum integritate penam predictam et debitum dicti talis debitoris, Mittantur predicti rectores et ceteri officiales contrafacientes per dictos gubernatores in nota pro debitore seu debitoribus super libro debitorum et probari non possint usquequo cum integritate solverint totum id quod dare debebunt. Et presens pars publicetur in Maiori consilio, ut omnibus nota sit et addatur in commissionibus rectorum omnium et officialium nostrorum non derogando ob hoc aliis ordinibus et stricturis captis circa hanc materiam que firme et approbate sint et remaneant sicut de presenti reperiuntur.

De parte 101
De non 11
Non sincere 7

(Senato terra Registro 5 Carte 18.)

Ponatur pars de comprehensis sine culpa, que incipit: Accidit sepenumero, ut continetur in 5.to rogatorum per terram. carte 38.

MCCCCLXIII. Die XVII Maii.

Accidit sepenumero quod propter aliquam suspitionem et denuntiam que fit rectoribus nostris, tam partium terre firme, quam maritimarum mittatur ad comprehendendum complures personas, tamquam delinquentes. Qui comprehensi reperiuntur postea extra omnem culpam et liberantur sed nichilominus Notarii et officiales et deputati ad criminalia recipiunt solutionem et emolumenta sua ab illis non aliter, quam si reperti forent delinquentes et culpabiles. Que res nec conveniens nec honesta est. Et propterea; Vadit pars quod auctoritate huius consilii scribatur et mandetur omnibus rectoribus nostris tam partium terre firme quam maritimarum, quod quotiens acciderit liberari et

relascari aliquem captum precedente suspicione et denuncia aliqua Vicarii, iudices, Cancellarii, notarii, scribe, comestabiles, baroviarii, socii, milites, et quicumque alii officiales deputati ad criminalia non habeant aut recipere debeant aliquo modo solutionem seu emolumentum aliquod dicta de causa si reperti non fuerint culpabiles dicti comprehensi sub pena perpetue privationis suorum officiorum. Et addatur hec pars in commissionibus omnium rectorum nostrorum terre firme et maris. Qui sub debito sacramenti sint obligati observare et observari facere contenta in dicta parte.

De parte 146
De non 6
Non sincere 6

(Senato terra Reg. 5. Carte 37 tergo.)

(Ponatur pars de possessionibus decimis etc. Dominii non dandis alicui ut continetur in fine commissionis potestati Vincentiae carte 7 tergo)

Mandamus tibi cum consilio nostro X quod de possessionibus decimis, feudis, livellis, pischeriis, gastaldiis, aut aliis rebus et bonis nostri dominii dare aut concedere non possis alicui aliquo modo vel ingenio sub pena ducatorum CCCCC in tuis propriis bonis, et quicquid dedisses non valeat quam penam capita consilii X et aut advocatores comunis absque aliquo consilio teneantur exigere, nec possit tibi fieri ulla gratia nec presentis ordinis revocatio sub eadem pena.

(Ponatur pars obedientiae mandatorum incipiens: omnia que tibi etc. ut continetur in fine commissionis potestati Vincentie carte 7.)

MCCCCLXII die XXVII Novembris in Consilio X.

Omnia que tibi dicendo mandabimus attendes et observabis bona

fide et sine fraude que quidem si non executus fueris cum effectu et obedieris quoad poteris et ad te spectabit cades de libris II^{c} solvendis per te infra mensem et scriberis in libro debitorum nec poteris unquam elige ad aliquam rem nisi primo solveris eas et conscentia etiam post recessum consilii facta valet in hoc casu contra te. Item officium advocatorum est salvum ad puniendum te acrius pro disobedientia tua sicut gravitas casus tue disobedientie requiret poteris enim si tibi videbitur sine pena describere qualiter propter aliquod periculum vel aliam legiptimam causam non potes exequi mandatum tibi factum Sed si dictum mandatum non revocaberis sibi tu tamen penitus debeas prosequi ad obediendum et exequendum mandatum quod primo habueris sub eadem pena cuius medietas dabitur accusatori. Si vero de aliquo nostro mandato aliquis se gravatum senteret salvam esse volumus libertatem offitii advocatorum communis et etiam auditorum sententiarum in causis civilibus que ad suum officium spectarent. Sed nihilominus quoad usque . . . . steterit firmum nobis debeas inviolabiliter . . edire . . . . . . qua pena non potest tibi . . . . quanto cum consilio nostro decem decrevimus. Quod . . . . ab omnibus obediatur.

(Ponatur pars quod rectores solvant XXX et XL pro C sub pena, ut in 5to per terr. carte 157.)

MCCCCLXVI. Die XII Maii.

Statutum est per leges huius consilii arctas et efficaces, ut illi qui decimas non solverint ad terminos prescriptos et limitatos cadant ad penam, quod sic requirentibus rebus nostris necessarium est iudicatum. Illis vero qui XXX^{ta} et XL^{ta} pro C^{o} dominio nostro conferre sunt obligati nulla est statuta

pena sii id non observant, vel si est statuta non exigitur, que res inequabilis est. Ut qui pecunias proprias dare compelluntur ad penas astringantur, et qui pecunias nostri dominii tangunt et accipiunt preter formam legum nostrarum et conditionum quibus eis regimina et benefitia conferuntur, nullis subiaceant penis. Unde factum est, quod ad officium nostrum gubernatorum sunt de presenti debitores rationis predicte maxime pecuniarum quantitatis, **Vadit pars**, quod omnes illi qui ratione Regiminum et officiorum debitores sunt officii nostri gubernatorum solvisse cum integritate teneantur totum id quod dare sunt obligati per totum mensem presentem, quo termino elapso, omnes qui non solverint cecidisse intelligantur ad illammet penam ad quam cadunt non solventes decimas in terminis, que ponatur sub posta uniuscuiusque debitores et incorporetur cum capitali exigaturque per gubernatores cum omnibus modis, libertatibus et conditionibus quibus exiguntur a debitoribus decimarum, nec aliter facere possint sub omnibus penis et stricturis statutis rectoribus et officialibus recipientibus et retinentibus denarios spectantes predicto nostro officio gubernatorum. Qui ultra omnia predicta notentur sub libro debitorum et ad nichil probari sinantur, publicenturque in maiori consilio.

Et ad hancmet conditionem sint etiam omnes illi qui in posterum non solverent ad terminos debitos, aut denarios, quos tangere non debent, sed dimettere in cameris acciperent. Qui omnibus penis iam deliberatis subiaceant et preter eas ad hanc novam penam incorporandam cum capitali et exigendam ut supra. Et addatur hec pars in omnibus commissionibus rectorum. Scribaturque presentialiter ad omnes qui personaliter sunt in regiminibus. Et publicetur in primo maiori consilio.

De parte — 103. De non — 2. Non sinceri 4.

Senato terra vol. 5 pag. 157.

(Ponatur capitulum super clericis prime tonsure loquens, ut in commissione potestatis Vincentie sub hoc signo continetur ℞ pag. 8)

Volumus preterea quod certum decretum Summi Pontificis super clericis prime tonsure editum, quod in cancellaria vestri regiminis registratum comperietis notificare debeatis Reverendo domino Episcopo istius civitatis nostre, seu eius ordinario ut singulis annis primo die dominico quadragesime iuxta tenorem bullarum ipsius decreti illud publicari faciat pro omnium intelligentia.

(Ponantur tria capitula contenta in fine commissionis potestatis Vincentie sub hoc signo ℒ pag. 8)

Ne per ignorantiam possis te excusare Significamus tibi quod in nostro consilio X. MCCCCLV die nono Iulii capta fuit pars tenoris infrascripti. Videlicet: Licet per formam partium et ordinum nostrorum sit optime provisum circa observatione privilegiorum et promissionum factorum comunitatibus terrarum et locorum nostrorum tempore acquisitionis eorum. Tamen sicut videtur per auditores novos vel tanquam sindicos vel tanquam advocatores quesitum fuit et quotidie queritur variis viis et modis sub diversis coloribus contrafieri faciendo intromissiones suspensiones et declarationes que per expressum sunt contra privilegia et promissiones nostras predictas et contra formam partium captarum in isto consilio X. Ex quo inter nostros subditos suborte sunt murmurationes. Item plurime lamentationes et querelle quotidie fiunt per Ambaxatores comunitatum terrarum et per multas spetiales personas que supplicant sibi dari tales ordines et tales leges ut sciant.

intelligere qualiter vivere et gubernare se debeant. Vadit pars quod Auditores sententiarum vel tamquam sindici vel tamquam Advocatores de cetero non possint aliqualiter se impedire aut ullo modo facere contra contenta in partibus suprascriptis sub pena ducatorum II^c (200) auri quam ab eis et quolibet eorum quilibet advocatorum comunis debeat exigere sine aliquo consilio, totiens quotiens contrafecerint habendo partem sicut habent de aliis sui offitii sub pena ducatorum ducentorum, quam ab illis advocatoribus exigant capita consilii X. Et nichilominus id quod per dictos auditores vel tamquam Sindicos vel tamquam advocatores factum foret vel fieret contra continenciam partium et ordinum predictorum sit nullius valoris vel vigoris. Quare cum dicto consilio X mandamus tibi quod aliqua intromissione vel suspensione non obstante debeas suprascriptum ordinem et mandatum nostrum observare et facere observari inviolabiliter sub pena ducatorum ducentorum in tuis propriis bonis exigenda a te per capita consilii nostri X

Propter malum quod sequitur de ludo taxillorum omnino prohibuimus MCCCCLVII ludum predictum. Reservata in conditione personarum loci qualitate ludi et temporis nam de die a libris X parvorum infra ratione solatii ludere omnis homo potest. Item publice in logia, si statuta et ordines suarum terrarum id consentiunt. Item in tabernis ludere quilibet potest. Sed omnis ludens a libris X supra condemnetur ad restituendum totum id quod vicisset et solvat pro pena ducatorum centum. Quare mandamus tibi cum nostro consilio X quod omnes taxillarios aliter quam supradictum est debeas condemnare: habendo tertium, et dando aliud tertium accusatori, qui teneatur

secretus et aliud tertium mittere debeas dominio nostro. Vel capitibus aut camerario consilii nostri X. Verum si qui luderent a ducatis quinque infra et tu pro tua prudentia considerata conditione personarum considerato loco et considerata materia ludi, et considerato tempore videretur tibi mitius esse procedendum ad condemnationem in tua discretione et arbitrio dimittimus. Ita tamen quod statuta et ordines civitatis et loci tibi commissi serventur; Et tertium condemnationis ad camerarium consilii X deveniat. Et si tuus cancellarius non tenuerit de huiusmodi condemnationibus computum ordinatum et de tempore in tempus non dederit notitiam capitibus aut camerario X solvet camerario totam condemnationem de suo proprio.

Item ut ea que in nostris consiliis statuta et ordinata sunt que ad te spectant vel per te exequenda sunt non revocentur, retractentur, suspendantur vel impediantur ab Advocatoribus comunis: Mandamus tibi cum nostro consilio X, quod si sine consilio advocatores comunis tibi iusserint aliquid contra partes et ordines nostros cum consiliis tibi datos, non debeas obedire, sed id denotare debeas nostro dominio et capitibus Consilii X. Et similiter non obedias auditoribus sententiarum tam veteribus quam novis si tibi scriberent quod retractares, suspenderes vel impedires aliquid quod tibi cum nostro consilio mandatum fuisset.

Item observabis partem novam equorum tenendorum pro medietate eorum numeri: quos tenere per tuam commissionem poteras: et de non vendendo eos stipendiariis nostris captam in rogatis die XVI Septembris MCCCCLXXI missam tunc ad cameras terrarum nostrarum prout invenies in Cancellaria istius tui regiminis registratam.

(Ponatur due partes, altera que incipit: Perventum est. Altera: Cum male. Ut in sexto rogatorum per terr. c.te 99 et 158.)

MCCCCLXX. Die sexto Septembris

Perventum est ad noticiam Dominii et via bona presbiteros, notarios, scribas, precones, massarios, alios officiales populares officiorum nostrorum. Item advocati palatii eo quod in parte provisionum recuperandarum pecuniarum pridie capta inclusi sint, accepisse et accipere multo maiorem solutionem quam facere solebant scripturarum aliarumque rerum quas faciunt sive exercent; cui inconveniente omnino prospiciendum est. Quamobrem Vadit pars quod omnes predicti presbiteri, notarii, scribe, precones, massarii, omnesque alii officiales populares officiorum nostrorum, et Advocati palatii, tam in hac nostra Venetiarum civitate, quam quacumque alia civitate et loco nostro tam terra quam mari, nec non omnes cancellarii, et quicumque alii officiales Rectorum nostrorum a parte maris et terre non possint ullo modo accipere maiorem solutionem scripturarum et quarumcumque aliarum rerum, quas faciunt sive exercent, quam consuetum est, et per formam legum et ordinum nostrorum, sub pena cuique eorum perpetue privationis officiorum que haberent. Et si erit accusator habeat de bonis cuiusque contrafacientis libras II.c (200) et teneatur secretus. executio quarum rerum sit nostris Advocatoribus comunis demandata, de qua re detur noticia omnibus suprascriptis rectoribus. Et ponatur in eorum commissionibus pro illius observatione. Et publicetur super scalis Rivalti et Sancti Marci pro omnium informatione.

De parte — 144. De non — 1. Non sincere — 0.

(Senato terra Reg. 6 carte 99)

155

MCCCCLXXI. Die VII Februarii.

Cum male administrate hoc tempore fuerint munitiones omnis generis misse presertim ad loca et terras nostras transmarinas, sicut clare cognoscitur. Nam licet continue misse fuerint per Arsenatum nostrum in bona quantitate, tamen non deest quin petantur huiusmodi munitiones per crebras literas. Quod certe est maximi sumptus et dignum provisione. Et proinde Vadit pars, quod scribatur et mandetur omnibus Rectoribus terrarum et locorum nostrorum a parte maris et terre, quod sub pena ducatorum V^c (500) in suis propriis bonis debeant in consignatione Regiminis consignare similiter Successori suo, sicut tenentur et debent omnes munitiones illius loci et dispensationes earum, si acciderit de eis facere per inventarium nominatim et particulariter. Quod inventarium consignationis et dispensationis simul et semel, quando mittuntur littere consignationis Regiminis mittere debeant sub litteris et bulla sua patronis nostri Arsenatus, qui debeant tenere computum ordinatum in uno libro, omnium dictarum munitionum. Et de tempore in tempus revidere omnia, ut negotium hoc munitionum possit intelligi, et non tantum necessitati, quantum etiam fraudibus, que committuntur opportune prospici possit. Et similiter teneantur sub dicta pena suprastantes munitionum terrarum nostrarum mittere de anno in anno ordinatum computum munitionum administratarum per eos dictis patronis.

Et presens pars addatur in commissionibus omnium Rectorum nostrorum.

De parte — 145. De non — 0. Non sinceri 0

(Senato terra reg. 6. carte 157.to)

(Ponatur pars de monetis adulterinis ut in fine promissionis Roveredi. Carte 18.t)

In Consilio X.

Quamvis contra falsificatores, stronzatores, emptores, portatores, fautores, et quoquomodo participes sive conscios monetarum adulterinarum et mercature facte sint complures expavescende leges et ordines nostri in maiori consilio et commissione officiis nostrorum advocatorum: Introducta tamen est sub specie misericordie et pietatis impia et crudelis correptella quoniam de directo leges infringit impia et crudeles, quoniam per eam subripitur facultas tam privata quam publica Et alii ad peccandum invitantur qui deterrendi essent, Post habitis enim legibus predictis longe mitius puniuntur huiusmodi scelerati homines quam culpa exigat sua, iccirco. Vadit pars quod quicumque de cetero accusati et reperti fuerent maculati aliquo crimine comprehenso et specificato in predictis legibus maioris consilii loquentibus de monetis puniri debeant per nostros advocatores iuxta formam et continentiam legum et partium predictarum: Et minor pars poni per aliquem consiliarium, caput X4, advocatorem, vel alium non possit contra aliquem in quocumque genere criminis ut supra de cetero culpabilem zirca monetas quam in suprascriptis legibus et partibus statutum et declaratum sit, sub pena ducatorum mille cuilibet contrafaccere audenti, quos exigant advocatores. Et si advocatores ipsi contrafecerint aut a contrafacientibus penam ipsam exigere neglexerint infra tres dies exigant capita huius consilii, et eorum quodlibet.

Et ad omnium noticiam, et terrorem publicantur omnes supradicte leges, et hec etiam, bis in anno, et hic, et in omnibus terris et locis nostris. Addaturque in commissionibus

omnium rectorum nostrorum.

(Ponatur pars: Quod non vendatur quicquam ~~quibuscumque~~ stipendiariis per Rectores, officiales etc., ut in sexto rogatorum pert. terr. carte 172)

MCCCCLXXII. Die XXVII Iulii

Captum in hoc consilio fuit superioribus mensibus, ut Rectoribus nostris a parte terre diminueretur numerus ~~nostrum~~ Equorum. Et ad illorum venditionem positus novus modus et regula. Et tamen malitiis hominum non est per ordinem illum sufficienter provisum, qui multis modis et pretextibus cum nostris stipendiariis mercantur, nonnulli per medium filiorum, nepotum et aliorum attinentium, nonnulli per medium officialium suorum. Iccirco

Vadit pars, quod aliquis filius, sive nepos, aut alius cognatus sive affinis Rectorum nostrorum vendere non possit alicui stipendiario, aut provisionato nostro aliquem equum, aliquem pannum laneum, aut sericum, aliquam vestem, supellectilem, Argentum, iocale, mercimonium, sive aliquam aliam rem, quoquo nomine nominari possit, neque ad terminum, neque ad contatos Sub pena perdendi rem venditam et tantumdem quod sit nostrorum Advocatorum. Et nilminus rector ille cuius filius, sive nepos, aut alius suus affinis vendidisset, cadat ad omnes penas per suprascriptum ordinem nostrum indictas, non secus, ac si ipsemet vendidisset.

Similiter aliquis Cancellarius, Commilito, Vicarius, Iudex, Commestabilis, aut quivis alius officialis Rectorum nostrorum, vel qui fuerit officialis, non possit, neque tempore sui officii, neque post vendere quicquam ~~quibuscumque~~ nostris stipendiariis vel provisionatis aut rerum predictarum aut aliarum queque ille sint, Sub pena amissionis

earum, et tantundem. Et si Rectores conscii fuerint, plectentur iuxta formam ordinis predicti, tamquam si ipsimet huiusmodi fecissent venditiones. Officiales autem contrafacientes, tam si suo, quam alieno nomine fecerint suprascriptas venditiones, priventur perpetuo omnibus officiis et beneficiis nostris intus et extra. De quibus omnibus penis non possit fieri gratia, donum, remissio vel aliqua compensatio, suspensio, vel declaratio. Sub pena ducatorum mille cuilibet ponenti, vel consentienti gratiam in contrarium.

Et ad easdem penas cadant Rectores predicti, si per alios, quiqui fuerint, sive publicas, sive privatas personas fecerint de suprascriptis venditionibus. Et ille private persone que huiusmodi contrafactiones inciderint ad instantiam Rectorum stent uno anno in carcere, et cadant de ducatis centum auri, quos exigant Advocatores, et sint sui.

Contrafit etiam multis modis intentioni et voluntati nostri dominii per camerarios, Collaterales, Vicecollaterales, Scribas, rationatores, coadiutores, exactores, et alios fungentes muneribus publicis, qui tam proprio nomine quam multorum, tam Rectorum, quam etiam privatorum nobilium nostrorum, cum stipendiariis inhoneste negotiantur cum dedecore nostri dominii et rerum nostrarum plurifariam detrimento. Iccirco statutum et declaratum sit quod aliquis predictorum, aut qui, sub aliqua forma, nomine, colore, vel pretextu servit nostro dominio sive scribendo, sive computa et rationes tenendo, sive pecunias exigendo, aut aliquo alio exercitii nomine, vendere quicquam non possit alicui nostro stipendiario, sive provisionato, aut aliquod habere commertium, vel praticam, in qua precium vel pecunia aliquo modo interveniat, danda

vel accipienda tam suo, quam alieno nomine sub pena perdendi totum id quod vendidisset, vel contratasset et tantumdem quod sit nostrorum Advocatorum et privationis perpetue omnium officiorum et beneficiorum nostrorum intus et extra et sub omnibus stricturis suprascriptis.

Rectores autem, Camerarii, Collaterales, et alii officiales ad tempus constituti toto tempore suorum Regiminum et officiorum habeant inhibitionem suprascriptam, et per unum annum post completa Regimina et officia.

Et ad hanc conditionem sint omnes de Collegio presentes et futuri, qui postquam semel de Collegio fuerint, nihil omnino vendere possint stipendiariis, sive provisionatis aut vendi facere per totum vite sue tempus. Et similiter notarii nostri sub penis et stricturis predictis. Et qui emissent et accusassent possint tenere res emptas, que sue sint. Et si alius fuerit accusator habeat dimidium pene et aliud dimidium Advocatores.

De parte — 127. De non — 3. Non sincere — 1

Ad suprascriptas autem omnes conditiones, penas et stricturas sint omnes Rectores, Capitanei, Baiuli, Consules, Comites, Castellani, provisores, et quicumque alii officiales nostri in predicta parte, tam specificati, quam intellecti et comprehensi a parte maris.

De parte — 124. De non 3. Non sincere — 1.

Et mittantur littere ad omnes civitates et loca terrestria et marittima. Et addantur hi ordines in Commissionibus Rectorum: Padue, Vincentie, Verone, Brixie, Pergami, Creme, Tarvisii, Locumtenenti, Feltri et Cividadi. Per universam Hystriam, Dalmatiam, Albaniam et Cretiam. (Senato Terra. Reg. 6 carte 171.º)

(Pars, quod Auditores novi sententiarum non se impediant in daciis etc, que incipit: Auditores etc., ut in VII° per terr. c.te 113 & 130)

MCCCCLXXVI, Die XI Maii

Auditores novi sententiarum quotidie molestiam afferunt nostro dominio, quoniam ultra intromissiones, quas faciunt causarum civilium, virtute auctoritatis et potestatis eis attribute per formam legum et ordinum nostrorum, Ipsi quoque impediunt se se in causis datiorum exemptionum et immunitatum et pecuniarum spectantibus nostro dominio et nostris Advocatoribus. Quod cedit maximo danno nostro dominio. Et nullo pacto est ferendum, proinde: Vadit pars, quod Auditores ipsi de cetero in causis datiorum, Exemptionum et Immunitatum concessarum per nostrum Dominium Subditis nostris. Item pecuniarum prefati Domi=nii, nullo pacto, se se impedire valeant, sub pena Ducato=rum centum pro quolibet eorum, et singula vice si con=trafecerint. Rectores vero terrarum et locorum nostro=rum, sub dicta pena non exequantur aliquas literas quas prefati Auditores eis scriberent in contrarium presentis partis. Et presens pars ponatur in Capitulari predictorum Audito=rum novorum Et in Commissionibus omnium Rectorum nostrorum a parte terre et maris.

De parte —— 123. De non —— 10. Non sincere —— 16.

(Senato terra Reg. 7. carte 113.)

MCCCCLXXVI. Die tercio Septembris.

Captum fuit die XI Maij proximi elapsi in hoc consilio ut Auditores nostri Novi non se impedirent in causis da=tiorum, exemptionum et immunitatum concessarum per nostrum Dominium subditis nostris, nec non pecunia=rum nostri dominii. Et quamvis intentio fuerit bona, non tamen bonos producit effectus, quoniam sub generalibus

et amplis nimium terminis supradictis, clauditur via iusticie multis, qui se gravatos sentiunt, et non habent locum confugii. Iccirco Vadit pars, quod pars et ordo suprascriptus restringatur et corrigatur in hunc modum, videlicet: Quod Auditores nostri predicti se impedire non possint de privilegiis, exemptionibus, et immunitatibus concessis per nostrum dominium, quoniam huiusmodi cognitio dominio nostro, et nostris Advocatoribus pertinet. In causis autem datiorum, non se impediant similiter quantum ad datiarios ipsos et fideiussores suos, cum nostro dominio pertinet. Et similiter non se impediant in cognoscendo de illis qui aut solvere, aut non solvere datia deberent. In ceteris autem omnibus rebus, et in causis contrabannorum terrarum de extra, condennationum et confiscationum Restituatur Auditoribus predictis consueta libertas et auctoritas, quam ante positionem partis predicte habebant.

De parte — 138. De non — 1. Non sincere — 1.

(Senato terra Reg. 7. carte 130)

(Pars de bannitis seu condennatis factis clericis, que incipit: I nostri sancti progenitori. Ut in 7.° rogat. per. terr. carte 153)

MCCCCLXXVI. Die XXII Februarii.

I nostri sancti progenitori fra le altre cosse hanno sempre cum singular studio atteso a l'observantia de la iusticia, come a cossa, che i hanno cognossuta sopra tutte altre grata al Signor Dio, et al stabilimento del stado nostro accomodatissima. Et cum sit che da alqun tempo in quà alcuni bandizadi et condenadi sotto velame de farse chierexi, se hanno facto licito venir in questa cità, ancora che a perder la vita o membri, et a perpetuo

exilio fusseno et siano condemnadi. Et ognuno di magistrati nostri per dubitacion de tal assumpto grado clericale non ardisca seguir le sentencie contra i predicti. Unde neces sario al tutto è sopra de ziò proveder, si per honor de Dio, et de la iusticia, come etiam per contento et pacifico viver de tutti. Imperò L' andarà parte, che tutti quel li che sotto questo velame et color fin questo zorno sono venuti cussì in questa nostra cità, come in tutte altre citade, terre et luogi nostri, donde sono bandizadi o con demnadi fra terzo giorno, siano levati, expulsi, et privi de poterne più venir. Et se da quel zorno in drieto i se las serano trovar, da mò sia prexo, che non obstante chierega, grado o habito alguno ecclesiastico, o religioso, che havesseno tollo, da poi le loro condanaxon, siano incarcerati, et in preson serati stiano anni zinque. E poi iterum siano tor nati a i suo bandi, et tutte altre condicion de le conda naxon soe. Et hoc totiens quotiens. Et habia i retentori et presentatori di questi tali lire 1000 per zascadun de lo ro, de i suo proprii beni, totiens quotiens, et non havendo da pagar, la nostra Signoria pagi lire 500 de i denari no stri. Et questo se intenda per quelli che havesseno pena de vita, membro, over membri, over ~~[illegible]~~ perpetuo exilio, et etiam per quelli che de cetero fosseno condanadi a tal pene, zioè de vita, membro, over membri, over perpetuo exilio. Quelli veramente che a tempo fosseno condanadi, et rom pesseno le lor condanaxon, stiano in prexon segondo la forma de le soe condanaxon, se per quelle doveseno star tempo alcun in prexon. Non havendo veramente pena de prexon, stiano uno anno in preson seradi, et iterum ritornano al bando. Et la presente parte per più roboration et fermeza da poi prexa in questo conseio sia

messa nel primo gran Conseio, acciò che da tutti sia più fermamente servada et obedida. La qual non se possi sospender, dechiarir, nè altramente interpretar se non per zinque Conseieri, tre chavi de XL^{ta} et i duo terzi de gran Conseio Et siano observade et mandite ad execution per el Serenissimo misser lo doxe e per i avogadori che de tempo in tempo se atroverano et per zascadun de loro solo et acompagnado tutte condanason quocumque facte sì per el passado et presente, come che se farano in futurum per i Conseglì nostri contra tal facti o che se facesse chierexi, dapoi le soe condanason, come è dicto. Et chaza i avogadori et ciescadun de loro, che non le exequisse de ducati mille. Et publicetur presens pars postquam in maiori Consilio capta fuerit super scalis Rivoalti et Sancti Marci. Et mittatur Rectoribus nostris ~~et~~ extra, et ponatur in eorum Commissionibus.

De parte — 75 — 81.

Sapientes Consilii et Sapientes terre firme, exceptis ser Petro Fuscareno et ser Alvisio Lando

Volunt partem per totum cum hoc, quod scribatur in Curiam ad nostrum oratorem in hac forma, ut intus:

Multi profecto necessariis rationibus ac de causis moti sed potissimum certe propter honorem Omnipotentis Dei Creatoris nostri propter iusticie cultum propter honorem et beneficium status nostri, causa tolende cause scandalorum et periculorum, que facile possent accidere, tum demum ad sedandos fremitus et tumultus nostrorum nobilium civium, et tocius populi, iustam hanc honestam necessariam et admodum salutare mi cum deliberatione nostri consilii Rogatorum nuper condidimus legem, cuius exemplum hisce litteris nostris inserendum iussimus. Et

Quia lex ipsa comprehendit ac amplectitur personas clericales et religiosas auctoritati et potestati Summi Pontificis subiectas, nos utpote devotissimi Sancte Romane Ecclesie deditissimique atque obsequentissimi filii Sanctitatis sue. Mandamus vobis cum nostro Consilio rogatorum ut adue debeatis presentiam sue Beatitudinis significando ei suprascriptam deliberationem a nobis et a nostro Consilio rogatorum iuste et necessario summo omnium consensu factam propter omnes illas rationes et causas, quas superius explicavimus, maximi certe ponderis et momenti. Quemadmodum sua Beatitudo pro sua singulari sapientia optime novit rogando, et omni qua poteris summissione, et reverentia suplicando eius Sanctitatem ut pro sua innata iusticia et bonitate, deliberationem hanc nostram propter honorem omnipotentis Dei, propter honorem et benefitium status nostri causa tolendi scandala et pericula que facile possent accidere, Ac demum in singularem et precipuam gratiam cunctorum nobilium civiumque nostrorum totiusque populi, dignetur illam approbare et confirmare. Quoniam nichil nobis gratius, acceptius et iocundius hoc presertim tempore facere certe posset Et quamquam certo nobis persuademus, quod sua Beatitudo pro summa sua iusticia et equitate, et paterna erga nos obsequentissimos filios charitate dignabitur in re tam honesta, iusta et necessaria nobis gratificari. Tamen quando secus accideret, quod minime futurum existimamus pati certe equo animo non possemus, Quod isti facinorosi et scelerati homines sumpto habitu clericali et religioso venirent impune in hanc urbem, ubi facinora et scelera commisissent, et in contemptum nostrum quotidie ante nostros et nostrorum nobilium, civiumque et

tocius populi oculos versarent cum maxima certe nostra ignominia et ceterorum omnium murmuratione et fremitu, Quod sue Beatitudini declarabitis. Adhibebitis omne Ingenium, studium, operam, industriamque vestram, ut hoc nostrum honestum, iustumque desiderium ab eius Sanctitate omnino optineatis. Et de toto eo, quod gesseritis, optinueritisque nos statim vestris volantissimis literis certiores facietis.

De parte — 16

(Senato terra Reg. 7. Carte 152t.)

(Pars de districtualibus quod non ferrant Arcus, que incipit. Incepere, ut in 7. rogat. p. terr. cte 181)

MCCCCLXXVII. Die XXVI Augusti

Incepere districtuales a certo tempore citra quasi omnes ferre Arcus, ab quo genere armorum procedit, ut non audentibus hominibus intermediare rixas propter metum sagitarum, sed excitato tutmultu, omnes diffugiunt, propter quod occiduntur longe plures homines, quam ante tam frequentem usum Arcuum occidebantur. Cui malo est adhibendum remedium. Iccirco **Vadit pars**, Quod Gestatio et usus Arcuum cum sagittis ferratis omnino bannitus et interdictus districtualibus sit. Et si quis eorum repertus aut visus fuerit cum Arcu et sagittis in itinere, aut super aliquo festo vel alibi, cadat quolibet vice qua contrafecerit ad penam quatuor squassorum de corda sibi dandorum immediate per Rectores nostros, solvendi libras centum, et standi uno anno in carcere. Et accusator habeat dimidium pene pecuniarum et teneatur de credentia. Et committatur presens pars ad omnes Rectores Civitatum et locorum nostrorum.

cum mandamento ut publicari illam faciant de presenti non solum in civitatibus, castris et territoriis sed etiam in omni vicariatu Ut ad noticiam omnium perveniat, et se nemo valeat per ignorantiam excusare. Registreturque in Cancellariis Civitatum et locorum ad successorum memoriam. Et addatur in Commissionibus Rectorum.

De parte — 121. De non — 9. Non sincere — 1
(Sen. terrae Reg. 7 c.te 180.te)

(Partes consilii X capte de 1484 de mense Augusti circa oratores, congregationem consiliorum et dispensationem pecuniarum eiusdem comunitatis)

MCCCCLXXXIV. Die XI Augusti

Capta. - Quoniam libri introitus et exitus fidelissime comunitatis nostre Utini huc per deliberationem huius consilii conducti et facti revideri sunt plena confusionibus et in ipsis sunt multe partite denariorum expenditorum, que non declarant in qua re denarii sint expenditi: quod non est bene factum et proinde sit providendum: **Vadit pars**: quod auctoritate huius Consilii, quod ut in posterum denarii ipsi non possent distribui in aliis rebus nisi in illis, ad quas sunt deputati per formam ordinum superinde captorum: de cetero non possit fieri aliqua partita dispensationis denariorum predictorum, nisi de licentia et scitu locumtenentis nostri patrie Foriiulii qui per tempora fuerit: et in partitis fiendis per deputatos, semper notare debeant et teneantur etiam declarare in partitis distributionum eorundem denariorum causam et causas expensarum. Et ut semper videri possit administratio denariorum prefatorum: De cetero quilibet locumtenens noster teneatur et debeat in fine regiminis sui afferre secum copiam libri continentis

introitum et exitum denariorum prefatorum pro toto tempore regiminis sui, reductum in saldo et resto: quam copiam consignare sive consignari facere debeat officialibus nostris Rationum veterum per quos rationes ipse revideantur, et qui officiales non debeant nec possint acceptare partitam aliquam in qua non fuerit specificata causa expense. Et habeant iidem officiales illam ipsam auctoritatem et potestatem procedendi super erroribus et dolis, quos invenirent, cum illa ipsa utilitate, quam habent de aliis rebus sui officii

De parte —— 14. De non —— 0. Non sincere —— 0

(Cons. X Miste 22 carte 49t.)

MCCCCLXXXIIII. Die XVIII Augusti

Capta — Quoniam pars capta in hoc consilio sub die XI instantis super denariis introctus et exitus fidelissime comunitatis nostre Utini non dispensandis de cetero per deputatos, nisi cum licentia et scitu locumtenentis nostri patrie Forijulii et non fuit structa, et bonum sit illam taliter ligare et stringere quod non possit revocari. Eapropter, Vadit pars, quod pars predicta revocari non possit suspendi, vel quoquomodo impediri sub pena ducatorum mille auri cuilibet consiliario, capiti, vel alteri ponenti, vel proponenti de revocando, suspendendo, vel aliquo alioquovis modo impediendo partem predictam, que pena debeat in pecunia numerata prius exborsari, quam pars proponenda ballotetur, que tamen non intelligatur capta, nisi habuerit omnes 17 ballotas huius consilii

De parte —— 13. De non —— 0. Non sincere —— 0.

(Cons. X Misti 22 carte 52t.)

MCCCCLXXXIIII die XVIII Augusti

Quoniam fidelissima comunitas nostra Utini in malam consuetudinem a pauco tempore citra introduxit mittere ad

conspectum dominii nostri vel capitum huius consilii in occurentiis suis magnum numerum personarum, ad numerum interdum quinquaginta, quod est absurdissimum et indecentissimum et contra laudabilem consuetudinem aliarum fidelissimarum comunitatum nostrarum. Eapropter **Vadit pars**, quod ex nunc captum sit, quod eadem comunitas pro quacumque causa cuiuscumque importantie sit non possit mittere ad conspectum dominii nostri vel capitum huius consilii, vel alterius magistratus nostri Venetiarum plures quatuor oratores, vel nuntios ad summum, excepto quam pro tempore congratulationis creationis Serenissimi Domini Ducis nostri, sub pena ducatorum ducentorum locumtenente qui faceret illis litteras credulitatis contra presentem ordinem nostrum exigenda per advocatores nostros comunis, sine alio consilio. Et ulterius expense per illos tales facte, intelligantur facte et fiant ad damnum et expensas venientium, et non illius comunitatis, et presens pars ponatur in commissionibus locumtenentis nostri patrie foriiulii presentis et futurorum.

De parte — 13 — De non — 0. Non sincere — 0

(Cons. X Misti 22 carte 53)

(Pars Consilii X De non expendendis pecuniis 30 et 40 pro c.° ut in hoc patet ad cart. 157 sub hoc signo + ⁂)

Preterea scitote, captum fuisse in Consilio nostro X cum additione, sub die XXII Decembris 1514 partem huius continentie, quod salvis et reservatis omnibus legibus et ordinibus captis in hac materia, et penis in illis contentis, que diligenter contra inobedientes executioni mittantur. Non possit dari licentia expendendi neque tangendi ex pecuniis XXX^ta et XL^ta pro centenario et taxarum nisi per partem specialiter captam

in ipso Consilio X cum additione et ita mandetur omnibus Rectoribus quod exequi debeant, neque obediant in hac materia aliis litteris quam dicti Consilii X. cum additione. Itaque deliberationem suprascriptam diligentissime observabitis.

Die XXII Decembris 1514. In Consilio X cum Additione.
Le stà opportunemente previsto per molte leze prese in questo Conseio da poi el tuor in quello de le 30ta e 40ta per cento et tanse, che quelle non potesseno esser aliquo modo dispensate, nè tocate, nisi per deliberation de questo Conseio cum molti ordeni et stricture come in ditte leze appar. Et tamen da non molto tempo in qua l'è stà introducto che diversi rectori nostri havendo semplici lettere de la Signoria de far qualche speza, metteno mano in ditti danari senza alcun rispetto, et a le volte etiam per la Signoria et Collegio vien commesso ad alcuni rectori che cum li danari de li 30ta et 40ta per cento far debano alcune spese, el che far non se poteva ne dovea stante le ditte leze, et però essendo da proveder, L'andarà parte, che salve et reservate tutte leze et ordini presi in questa materia, et le pene in quelle contenute, le qual debbino esser contra li contrafacenti mandate cum diligentia ad executione, sia azonto et imposto a tutti i territori nostri, che quotiescumque li sarà comessa alcuna lettera o per la Signoria o per il Collegio che comettì ad alcun nostro Retor sì da terra, come da mar el far alcuna spesa o pagamento, i debino sempre azonzer questa clausula: exceptuadi i danari de li 30ta e 40ta per cento et tanse, et non la azonzendo siano ipso facto irremissibiliter cassi da la Cancellaria nostra, nè se possi dar licentia de spender nè tocar li ditti danari, nisi per parte specialiter presa in questo conseio cum la presente Zonta. Et cussì sia comandato

a tutti i rectori che debino exeguir, non obedendo in questa materia altre letere cha di questo Conseio; et sia etiam questa azonta ne le commission de tutti essi rectori

---

(Pars Consilii X, die ultimo Iulii 1520 de non dando vicecapitanio aliquid de pecuniariis condemnationibus Capitulo vero solvere libras 300 in toto cuiusque Regimine, ac de ipsis non applicando alicui persone vel loco ut in ea, ut patet ad carte 158, sub hoc signo ⊛)

1520. Die ultimo Iulii. In Consilio X cum additione.

E' sta za molti anni preteriti introdutta una damnosa corruptela per i luogotenenti nostri de la patria del Friul accresciuta de tempo in tempo, come hora è stà dechiarido che de le condenation fatte per essi locotenenti i hanno dada una bona parte alli sui Capitanei et vicecapitanei, Applicando etiam de quelle ad altri luogi cum damno de quella nostra Camera. Al che essendo da proveder, si che tal disordine non procedino più oltra, L'andarà parte, che i luogotenenti nostri de la patria del Friul de cetero non possino, nè debbino dar alcuna portion al suo vicecapitanio de le condennation pecuniarie. Al capitanio veramente possino dar lire 300 solamente de pizoli de le ditte condennation in tutto el suo rezimento, Ne possino etiam applicar alcuna parte d'esse condennation ad alcun'altra persona, o, loco senza expressa licentia et ordine de la Signoria, Ma tutto sia scosso et intri in camera a beneficio di quella.

(Commissioni Libro VI carte 157.*)

Sacillum

Nos Thomas Mocenigo Dei gratia dux Venetiarum etc. Committimus tibi Nobili viro .... dilecto civi et fideli nostro, Quod in nomine Iesu Christi et in bona gratia vadas in potestatem et Capitaneum nostrum Sacili quam terram cum pertinentiis suis ad honorem et statum nostri dominii reges, et gubernabis in civilibus et criminalibus secundum ordines et statuta ipsius terre, in quantum non sint contra statum et honorem nostrum. Et ubi ordines et statuta ipsius terre deficerent iudicabis iuxta consuetudines ipsius terre, que sint ut premittitur cum honore nostri dominii. Ubi vero ordines, statuta et usus consuetudinum defuerint gubernabis et facies secundum bonam conscientiam. Et sis per unum annum et tantum plus donec successor tuus illuc venire distulerit, recipiendo salarium tuum per ratam temporis si steteris ultra annum, non possendo recedere de terra et burgis Sacili sine licentia nostri dominii;

Tenebis computum ordinate et notari facies omnes res nostri comunis et similiter omnes munitiones, faciendo eas debite regulari Ita quod conserventur et bene custodiantur sicut iustum est pro bono nostri comunis.

Introitus autem exigi solitos in dicta terra nomine Patriarce, exigere debeas nomine nostri dominii, tenendo et faciendo teneri de dictis introitibus computum ordinate;

Item non possis facere nec fieri facere de mercationibus de aliqua re;

Item observabis in quantum ad te spectat partem captam in nostris consiliis rogatorum et addictionum tenoris infrascripti videlicet, Quod de cetero quilibet rector in reditu suo, postquam applicuerit Venetias teneatur infra unum mensem.

ire vel mittere ad officiales rationum ad faciendum ~~[illegible]~~ rationem cum eis et ad solvendum illud quod debebit dare et refundere nostro comuni pro familia vel equis qui sibi defecerint tempore sui regiminis in ratione grossorum trium in die pro quolibet ente de familia sua et pro quolibet equo qui sibi defecissent pro tanto tempore quanto sibi defecerint. Verum si deficeret alicui rectori aliquem de sua familia habeat terminum ad remittendum alium octo dierum. Et si aliquis equus sibi defecerit habeat terminum ad remittendum alium duodecim dierum. Et si remiserit ad dictos terminos nichil teneatur refundere comuni pro eis. Si autem non remiserit ad terminos predictos tunc debeat refundere comuni a die qua sibi defecerint usque diem quo remiserit in ratione predicta. Et hec observare teneatur quilibet rectorum sub pena librarum quingentarum et nichilominus teneatur ad solvendum comuni id quod debebit pro dictis defectibus in ratione dicta superius. Cuius pene librarum quingentarum medietas sit accusatoris si fuerit per quem sciatur veritas et alia medietas dividatur inter comune et officiales rationum predictos. Et si aliquis rector condempnaretur per officiales rationum quod deberet aliquid dare vel refundere, tunc ille rector subiaceat parti capte in maiori consilio de modo servando contra illos qui non solvunt postquam eis preceptum fuerit per officiales rationum predictos.

(1) Habere debes de salario in anno et ratione anni ducatos quadringentos auri libras MVI, tenendo tuis salario et expensis unum socium militem, et unum cancellarium similiter ad tuum salarium et expensas et (1) quatuor famulos et tres equos quinque famulos et quatuor equos, quo-

(1) correctum vigore partis capte in Collegio, die 13 Octubris 1427.

rum unus esse debet pretii librarum quatuor grossorum vel ab inde supra, et reliqui sint ronceni et de ipsis debes esse fulcitus infra unum mensem postquam ad dictum regimen applicueris et potes eos vendere per dies quindecim ante complementum tui regiminis. Salarium autem tuum recipies de introitibus nostris Sacili. Et si dicti introitus non sufficerent ad solvendum dictum tuum salarium, solvi debeat tibi et supplere de introitibus camere nostre Tarvisii.

Non permittes aliquem qui debeat esse de tua familia et ad soldum tuum habere soldum comunis sub pena ducatorum decem pro quolibet ducato valoris totius eius quod ille recepisset et ultra hoc privationis regiminis.

Preterea non potes angarizare pro tuo servitio vel alieno accipere seu mittere aliquem stipendiarium equestrem vel pedestrem nec equos eorum vel roncenos extra civitatem Sacili ullo modo nisi solum pro servitiis comunis Venetiarum aut Sacili.

Ut non potes tu aut aliquis de tua familia recipere ab aliqua persona donum aliquod, sive presens aliquo modo vel ingenio, nec potest aliquis de tua familia habere commissionem ab aliqua persona causa placitandi pro ipsa.

Tu nec aliquis de tua familia non potes facere nec fieri facere mercationes, nec tenere tabernam seu habere partem in datiis neque emere neque emi facere aliquam possessionem vel territorium in terra Sacili, nec in aliqua parte Foriiulii toto tempore tui regiminis.

Et si uxor tua vel heredes tui tam masculi quam femine intelligendo heredem ab annis XVI supra, seu socius tuus aut aliquis de tua familia fecerint aliquid quod sit tibi vetitum per tuam commissionem et fuerint accusati

nostro dominio seu nostris advocatoribus comunis tuu debes esse responsator et pagator de omni eo quod advocatores convincerent in consilio in quo placitare vellent.

Et non potes sub debito sacramenti per totum tempus tui regiminis, nec per unum annum post contrahere vel contrahi facere matrimonium nec impetrare aut impetrari facere aliquam prebendam seu beneficium in locis tui regiminis pro te vel aliis ullo modo.

Non potes nec debes angarizare nec cogere aliquam personam tam tibi subiectam quam aliunde pro tuis arnesiis, blado, feno, paleis aut aliquibus aliis, nec accipere potes aliquem currum seu aliqua animalia alicuius vel aliquorum pro deferrendo de predictis rebus tuis nisi eis feceris debitam et iustam solutionem tanquam si fores spetialis persona.

Concedimus tibi quod habeas terminum unius mensis ad essendum fulcitus tuis equis postquam dictum regimen intraveris et possis eos vendere per quindecim dies ante complementum tui regiminis.

Omnia que tibi dicendo vel scribendo mandabimus attendes observabis et facies bona fide et sine fraude.

Iuraste honorem et proficuum nostri dominii eundo, stando etc.

Data in nostro ducali palatio etc.

(Ponantur etiam partes generales posite in fine commissionis potestatis Vincentie) (carte 5).

Item observabis partem captam in Rogatis MCCCCI° die XXIIII Novembris, videlicet: Quod omnes Rectores nostri teneantur et debeant facere et dare sine aliqua diminutione sociis et notariis quos habere tenentur totum et quicquid

in eorum commissione continetur sub pena privationis per quin-
que annos omnium Regiminum comunis Venetiarum intus et
extra et librarum $\overline{V}^c$ (500) in suis propriis bonis quarum libra-
rum medietas sit accusatoris si fuerit per quem sciatur veritas, quartum sit nostrorum advocatorum comunis, quibus hec
committantur et aliud quartum nostri comunis. Et ultra
hoc totum illud quod debuissent dare dictis sociis suis et no-
tariis secundum formam suarum commissionum et
non dedissent tam pro salario quam pro expensis veniat
in nostrum commune. Et ultra hoc quilibet sociorum
et notariorum predictorum infra unum mensem postquam
applicuerit Venecias si non habuerit salarium et expensas
sicut debuerit a rectore suo secundum formam commissio-
num teneantur ire ad advocatores nostros comunis et fa-
cere eis conscientiam de predictis, habendo partem pene su-
prascripte pecuniarie velut accusator, et si hoc non fecerit, pri-
vetur, quod non possit unquam esse notarius nec sotius
alicuius nostri rectoris et cadat in penam librarum centum
dividendam ut de aliis penis dictum est. Et non possit ali-
cui contrafatienti fieri aliqua gratia, donum, remissio, ne-
que aliqua declaratio sed semper amplietur presens pars
sub omnibus penis, ligaminibus et stricturis contentis in par-
te nova contrabandorum. Verum sit in libertate rectoris si
sibi videbitur et placebit dandi illi notario vel sotio quibus
debebit facere expensas libras L parvorum in anno et ra-
tione anni pro quolibet pro expensis, quas facere deberet predi-
ctis, si velet dare potius pecuniam quam facere eis expensas
non possendo dare cuilibet eorum minus librarum L, ut su-
perius dictum est.

Item observabis partem infrascriptam captam in
Consilio Rogatorum et addictione MCCCCXXII die XXVIII
Aprilis, videlicet: Cum omnes rectores nostri terrarum nostrarum

iuxta formam suarum commissionum et ordinum nostrorum debeant infra mensem in introitu suorum regiminum et teneantur esse fulcitis equis omnibus quos habere debent et tenentur tenere secundum suas commissiones. Et habeatur informatio quod rectores predicti non observant ita, imo faciunt sibi accomodare equos et illos detinent faciendo solum expensas ut appareat et videatur ipsos habere equos suos. Et hoc modo contrafit nostre intentioni et ordinibus nostris. Et sit bonum pro honore nostri dominii taliter providere, quod dicti rectores observent ea ad que tenentur: **Vadit pars**, quod de cetero si rectores nostri predicti infra mensem non erunt fulciti omnibus equis quos habere tenentur iuxta formam eorum commissionum et pervenerit ad noticiam nostrorum officialium rationum quibus talia sunt commissa cadant ipsi rectores ad illam eamdem penam pro uno quoque ipsorum equorum, quem non haberent emptum, ad quam caderent si deficiente aliquo equo illum talem non remiserit iuxta continentia ordinis predicti. Et infra illud tempus quo illum remittere tenentur. Et si se ipsos accusarent cadant solum ad illam penam ad quam cadunt iuxta leges et ordines nostros. Et pro meliori executione huius nostre intentionis committatur expresse dictis officialibus nostris rationum qui solicite et diligenter investigare debeant de huiusmodi rectoribus contrafacientibus vel per viam investigationis, vel aliter sicut sibi videbitur, exigendo a contrafacientibus penas ad quas incurrerent, de quibus penis habeant illi nostri officiales rationum illam partem quam habent de aliis penis sui officii et iuxta continentiam et tenorem ordinis prelibati

Item observabis et facies observari in quantum ad te spectat partem captam in nostris consiliis Rogatorum et additiones

1423 die XXVI° septembris continentem Quod de cetero nullus Judeus vel Judea possit emere vel acquirere in aliqua terra vel loco nostro aliquam possessionem vel domum alicuius manerie vel sortis vel aliquod aliud stabili sub pena perdendi dictam possessionem domum et aliud stabile sic emptum vel taliter acquisitum quod veniat in nostrum commune et si accusator fuerit per quem sciatur veritas habeat medietatem et teneatur de credentia et reliqua medietas sit nostri communis. Preterea quia omnino est providendum quod in terris et locis nostris Judei seu Judee ullum stabile habeant statuatur et captum sit quod omnes Judei et Judee qui in aliqua terra vel loco nostro habeant aliquam possessionem domum seu aliud stabile teneantur et debeant dictas possessiones domos seu aliud stabile vendidisse et alienasse infra biennium a die qua presens pars fuit publicata in eis locis ubi habent dicta bona, quod si non observabunt et negligentes fuerint executioni mittere infra predictum tempus amittere debeant omnia dicta bona stabilia que non alienassent que veniant in nostrum commune Reservato in ipsis judeis omne id quod sibi appareret promissum esse per nostra privilegia et scripturas duntaxat in Judaicis terrarum nostrarum maritimarum

Et si accusator fuerit per quem sciatur veritas de predictis habeat medietatem, et reliqua medietas sit nostri communis. Et de predictis vel aliquo predictorum non possit fieri gratia, donum remissio et compensatio nec aliqua decla–

ratio nec presentis partis revocatio vel suspensio sub pena ducatorum V^c pro quolibet consiliario capite sapiente vel alio ponente vel consentiente partem seu gratiam in contrarium. Et predicta committantur inquirenda et exequenda Rectoribus locorum et advocatoribus nostri communis habentibus partem ut de aliis sui officii.

(Commissioni Libro VI.° c.° 5 t.°)

(Ponantur tria capitula contenta in fine commissionis potestatis Vincentie sub hoc signo ⊥. pag 8)

Ne per ignorantiam possis te excusare Significamus tibi quod in nostro consilio X. MCCCCLV die nono Julii capta fuit pars tenoris infrascripti Videlicet: Licet per formam partium et ordinum nostrorum sit optime provisum circa observationem privilegiorum et promissionum factarum comunitatibus terrarum et locorum nostrorum tempore acquisitionis eorum. Tamen sicut videtur per auditores novos vel tamquam sindicos vel tamquam advocatores quesitum fuit et quotidie queritur variis viis et modis sub diversis coloribus contrafieri faciendo intromissiones suspensiones et declarationes que per expressum sunt contra privilegia et promissiones nostras predictas et contra formam partium captarum in isto consilio X. Ex quo inter nostros subditos suborte sunt murmurationes. Item plurime lamentationes et querelle quotidie fiunt per Ambaxatores comunitatum terrarum et per multas spetiales personas que supplicant sibi dari tales ordines et tales leges ut sciant intelligere qualiter vivere et gubernare se debeant — Vadit pars quod auditores sententiarum vel tamquam sindici vel tamquam advocatores de cetero non possint.

77

aliqualiter se impedire aut ullo modo facere contra contenta in partibus suprascriptis sub pena ducatorum II^c (200) auri quam ab eis et quolibet eorum quilibet advocatorum communis debeat exigere sine aliquo consilio, totiens quotiens contrafecerint habendo partem sicut habent de aliis sui officii sub pena ducatorum ducentorum, quam ab illis advocatoribus exigant capita consilii X. Et nichilominus id quod per dictos auditores vel tamquam Sindicos vel tamquam advocatores factum foret vel fieret contra continenciam partium et ordinum predictorum sit nullius valoris vel vigoris. Quare cum dicto consilio X mandamus tibi quod aliqua intromissione vel suspensione non obstante debeas suprascriptum ordinem et mandatum nostrum observare et facere observari inviolabiliter sub pena ducatorum ducentorum in tuis propriis bonis exigenda a te per capita consilii nostri X.

Propter malum quod sequitur de ludo taxillorum omnino prohibuimus MCCCCLVII ludum predictum. Reservata in conditione personarum loci qualitate ludi et temporis nam de die a libris X parvorum infra ratione solatii ludere omnis homo potest. Item publice in logia, si statuta et ordines suarum terrarum id consentiunt. Item in tabernis ludere quilibet potest. Sed omnis ludens a libris X supra condemnetur ad restituendum totum id quod vicisset et solvat pro pena ducatorum centum. Quare mandamus tibi cum nostro consilio X quod omnes taxillarios aliter quam supradictum est debeas condemnare: habendo tertium et dando aliud tertium accusatori, qui teneatur secretus et aliud tertium mittere debeas dominio nostro. Idest capitibus aut camerario consilii nostri X. Verum si qui

luderent a ducatis quinque infra et tu pro tua prudentia considerata conditione personarum considerato loco et considerata materia ludi et considerato tempore videretur tibi mitius esse procedendum ad condemnationem in tua discretione et arbitrio dimittimus. Ita tamen quod statuta et ordines civitatis et loci tibi commissi serventur, Et tertium condemnationis ad camerarium consilii X deveniat. Et si tuus cancellarius non tenuerit de huiusmodi condemnationibus computum ordinatum et de tempore in tempus non dederit notitiam capitibus aut camerario X solvet camerario totam condemnationem de suo proprio. — Item ut ea que in nostris consiliis statuta et ordinata sunt que ad te spectant vel per te exequenda sunt non revocentur, retractentur, suspendantur vel impediantur ab advocatoribus comunis. Mandamus tibi cum nostro consilio X, quod si sine consilio advocatores comunis tibi inscrint aliquid contra partes et ordines nostros cum consiliis tibi datos non debeas obedire. Sed id denotare debeas nostro dominio et capitibus Consilii X. Et similiter non obedias auditoribus sententiarum tam veteribus quam novis si tibi scriberent quod retractares suspenderes vel impedires aliquid quod tibi cum nostro consilio mandatum fuisset.

(Commissioni, Libro VI.° c.e 8.)

(Ponantur due partes, altera que incipit: Perventum est. altera: Cum male; ut in sexto rogatorum per terram c. 99 et 158.

MCCCCLXX. Die sexto Septembris.

Perventum est ad noticiam dominii et via bona presbiteros, notarios, scribas, precones, massarios, alios officiales populares officiorum nostrorum. Item advocati palatii

eo quod in parte provisionum recuperandarum pecuniarum pridie capta inclusi sint accepisse et accipere multo maiorem solutionem quam facere solebant scripturarum aliarumque rerum quas faciunt sive exercent cui inconvenienti omnino prospiciendum est. Quamobrem Vadit pars quod omnes predicti presbiteri, notarii, scribe, precones, massarii, omnesque alii officiales populares officiorum nostrorum, et advocati palatii, tam in hac nostra Venetiarum civitate, quam quacumque alia civitate et loco nostro tam terra quam mari, nec non omnes cancellarii, et quicumque alii officiales Rectorum nostrorum a parte maris et terre non possint ullo modo accipere maiorem solutionem scripturarum et quarumcumque aliarum rerum, quas faciunt sive exercent quam consuetum est, et per formam legum et ordinum nostrorum, sub pena cuique eorum perpetue privationis officiorum que haberent. Et si erit accusator habeat de bonis cuiusque contrafacientis libras IIc (200) et teneatur secretus. executio quarum rerum sit nostris advocatoribus comunis demandata, de qua re detur noticia omnibus suprascriptis rectoribus. Et ponatur in eorum commissionibus pro illius observatione. Et publicetur super scalis Rivoalti et Sancti Marci pro omnium informatione.

De parte - 144 - De non 1 - Non sinceri - 0

(Senato terra, Reg.o 6, carte 99.)

MCCCCLXXI. Die VII Februarii

Cum male administrate hoc tempore fuerint munitiones omnis generis misse presertim ad loca et terras nostras transmarinas, sicut clare cognoscitur. Nam licet continue misse fuerint per Arsenatum nostrum in bona

quantitate, tamen non deest quin petantur huiusmodi munitiones per crebras litteras. Quod certe est maximi sumptus et dignum provisione. Et proinde Vadit pars, quod scribatur et mandetur omnibus Rectoribus terrarum et locorum nostrorum a parte maris et terre, quod sub pena ducatorum V.c (500) in suis propriis bonis debeant in consignatione Regiminis consignare similiter successori suo, sicut tenentur et debent omnes munitiones illius loci et dispensationes earum, si acciderit de eis facere per inventarium nominatim et particulariter. Quod inventarium consignationis et dispensationis simul et semel, quando mittuntur littere consignationis Regiminis, mittere debeant sub litteris et bulla sua patronis nostri Arsenatus, qui debeant tenere computum ordinatum in uno libro, omnium dictarum munitionum. Et de tempore in tempus revidere omnia, ut negotium hoc munitionum possit intelligi, et non tantum necessitati, quantum etiam fraudibus, que committuntur opportune prospici possit. Et similiter teneantur sub dicta pena suprastantes munitionum terrarum nostrarum mittere de anno in anno ordinatum computum munitionum administratarum per eos dictis patronis.

Et presens pars addatur in commissionibus omnium Rectorum nostrorum.

De parte - 145 - De non - 0. Non sincere - 0

(Senato terra, R.o 6, carte 154.t)

(Ponatur pars monetarum adulterinarum ut in fine commissionis Roveredi, Carte 18.t).

In Consilio X.

Quamvis contra falsificatores, stronzatores, emptores, por-

tatores, fautores et quoquomodo participes sive conscios monetarum adulterinarum et mercature facte sint complures expavescende leges et ordines nostri in maiori consilio et commissi offitio nostrorum advocatorum: Introducta tamen est sub specie misericordie et pietatis impia et crudelis corruptella quoniam de directo leges infringit impia et crudelis, quoniam per eam subripitur facultas tam privata quam publica Et alii ad peccandum invitantur qui deterrendi essent. Post habitis enim legibus predictis longe mitius puniuntur huiusmodi scelerati homines quam culpa exigat sua, iccirco Vadit pars quod quicumque de cetero accusati et reperti fuerint maculati aliquo crimine comprehenso et specificato in predictis legibus maioris consilii loquentibus de monetis puniri debeant per nostros advocatores iuxta formam et continentiam legum et partium predictarum: Et minor pars poni per aliquem consiliarium caput XL, advocatorem, vel alium non possit contra aliquem in quocumque genere criminis ut supra de cetero culpabilem zirca monetas quam in suprascriptis legibus et partibus statutum et declaratum sit, sub pena ducatorum mille cuilibet contrafacere audenti, quos exigant advocatores. Et si advocatores ipsi contrafecerint aut a contrafacientibus penam ipsam exigere neglexerint infra tres dies exigant capita huius consilii, et eorum quodlibet.

Et ad omnium noticiam et terrorem publicentur omnes supradicte leges et hec etiam bis in anno, et hic et in omnibus terris et locis nostris. Addaturque in commissionibus omnium rectorum nostrorum.

Ponatur pars Consilii X de non expendendis pecuniis 30 et 40 pro c.° ut in hoc apparet ad cartas 157 sub hoc signo + [sign]

Preterea scitote captum fuisse in Consilio nostro X cum additione, sub die XXII Decembris 1514 partem huius continentie, quod salvis et reservatis omnibus legibus et ordinibus captis in hac materia, et penis in illis contentis que diligenter contra inobedientes executioni mittantur. Non possit dari licentia expendendi neque tangendi ex pecuniis XXX^ta^ et XL^ta^ pro centenario et taxarum nisi per partem specialiter captam in ipso Consilio X cum additione et ita mandetur omnibus Rectoribus quod exequi debeant, neque obediant in hac materia aliis litteris quam dicti Consilii X cum additione. Itaque deliberationem suprascriptam diligentissime observabitis.

Die XXII Decembris 1514 In Consilio X cum Additione.

Le stà opportunemente previsto per molte leze prese in questo Conseio da poi el tuor in quello de le 30ta e 40ta per cento et tanse che quelle non potesseno esser aliquo modo dispensate, nè tocate, nisi per deliberation de questo Conseio cum molti ordini et stricture come in ditte leze appar. Et tamen da non molto tempo in qua l'è stà introducto che diversi rectori nostri havendo semplici lettere de la Signoria de far qualche speza, metteno mano in ditti danari senza alcun rispetto, et a le volte etiam per la Signoria et Collegio vien commesso ad alcuni rectori che cum li danari de li 30ta et 40ta per cento far debbano alcune spese, el che far non se poteva ne dovea stante le ditte leze et però essendo da proveder, l'anderà parte, che salve et reservate tute leze et ordini presi in questa materia, et le pene in quelle contenute, le qual debbino esser contra li

contrafacenti mandata cum diligentia ad executione, sia azonto et imposto a tutti i territori nostri, che quotiescumque li sarà comessa alcuna lettera o per la Signoria o per il Collegio che commetti ad alcun nostro Retor sì da terra, come da mar el far alcuna spesa o pagamento i debino sempre azonger questa clausola: exceptuadi i danari de li 30.ta e 40.ta per cento et taule et non la azonzendo siano ipso facto irremissibiliter cassi da la Cancellaria nostra, nè se possi dar licentia de spender nè tocar li ditti danari, nisi per parte specialiter presa in questo conseio cum la presente Zonta, Et cussì sia comandato a tutti i rectori che debino essequir, non obedendo in questa materia altre lettere cha di questo Conseio; et sia etiam questo azonto ne le commission de tutti essi rettori.

Commissio Potestatis Marani

(Commission V.^{e} 6° c.^{te} 124, numerazione vecchia)

Nos Tomas Mocenigo Dei gratia Dux Venetiarum etc. Committimus tibi nobili viro ... dilecto civi et fideli nostro, quod de nostro mandato vadas in potestatem terre nostre Marani, quam et districtum et homines ipsius regiminis reges et gubernabis ac manutenebis ad honorem nostrum et comunis Veneciarum, stando et manendo in dicto regimine per unum annum et tantum plus, quantum ... successor tuus illuc venire distulerit. In quo quidem regimine secundum statuta et ordinamenta dicte terre dummodo sint cum honore nostri dominii debeas jus et institiam ministrare, servando illos nostros fideles

maranenses in eorum antiquis iuribus et consuetudinibus.

Item autem quo ipsum regimen intrabis nobis tuis litteris denotabis.

A quo quidem regimine habere debes a communitate Marani libras milleducentas monete que expenditur et expendetur deinde in Marano in anno et ratione anni, habendo singulis tribus mensibus in principio quantum. Et a locumtenente nostro patrie foroiulii de introitibus patriarcatus libras trecentas parvorum. Et si non posses deinde habere dictas libras trecentas supleatur id quod deficeret per nostrum comune. Et debeas tenere tuis salario et expensis tres famulos tres equos et unum sotium militem, cui dare debeas de salario libras centum et pro expensis libras quinquaginta parvorum in anno et ratione anni.

(Correctum per capitulum infrascriptum, et ut apparet in libro 57 rogatorum ad cart. 115, ideo cancellatum):

Ceterum sicut captum est in consilio rogatorum de cetero amplius non debeas habere nec ducere tecum equos, sed loco eorum debeas habere unam barcam et tres famulos barcharolos, ultra illos famulos quos habere teneris, quam barcam facias attendere ad custodiam illarum partium a*** ne contrabanna fiant, de quibus contrabannis reperiendis tu potestas et tui famuli habeatis illam partem, quam habent capitaneus et homines barcarum riperie Marchie mittendo omnia contrabanna ad officium nostrum de Catavere prout observatur de aliis contrabannis.

Item observabis in quantum ad te spectat infrascriptam partem captam in nostris consiliis rogatorum et additionis tenoris infrascripti, videlicet. Quod de cetero quilibet rector in reditu suo postquam applicuerit venetias teneatur

#31

infra unum mensem ire vel mittere ad officiales rationum ad faciendum rationem cum eis et ad solvendum illud quod debebit dare et refundere nostro comuni pro familia vel equis qui sibi defecerint tempore sui regiminis in ratione grossorum trium in die pro quolibet ente de familia sua et pro quolibet equo qui sibi defecerint pro tanto tempore quanto sibi defecerint. Verum si deficeret alicui rectori aliquis de sua familia habeat terminum ad remittendum alium octo dierum. Et si aliquis equus sibi defecerit habeat terminum ad remittendum alium duodecim dierum. Et si remiserit ad dictos terminos nichil teneatur refundere comuni pro eis. Si autem non remiserit ad terminos predictos tunc debeat refundere comuni a die quam sibi defecerint usque in diem quo remiserit in ratione predicta. Et hec observate teneatur quilibet rector sub pena librarum quingentarum et nichilominus teneatur ad solvendum comuni id quod debebit pro dictis defectibus in ratione dicta superius. Cuius pene librarum V̄ᶜ (500) medietas sit accusatoris si fuerit per quem sciatur veritas et alia medietas dividatur inter comune et officiales rationum predictos. Et si aliquis rector condempnaretur per officiales rationum quod deberet aliquid dare vel refundere tunc ille rector subiaceat parti capte in maiori consilio de modo servando contra illos qui non solvunt postquam eis preceptum fuerit per officiales rationum predictos;

Non permittes aliquem qui debeat esse de tua familia et ad soldum tuum habere soldum comunis sub pena ducatorum decem pro quolibet ducato valoris totius eius quod ille recepisset, et ultra hoc privationis regiminis;

Preterea non potes angarizare pro tuo servitio vel alieno accipere seu mittere aliquem stipendiarium equestrem vel pedestrem nec equos eorum vel roncenos extra terram Marani ullo modo, nisi solum pro servitiis comunis Venetiarum aut Marani;

Et non potes tu aut aliquis de tua familia recipere ab aliqua persona donum ullum vel presens modo aliquo vel ingenio, nec potest aliquis de tua familia habere commissionem ab aliqua persona causa placitandi pro ipsa

Tu nec aliquis de tua familia non potes facere nec fieri facere mercationes nec tenere tabernam seu habere partem in datiis nec emere vel emi facere aliquam possessionem vel territorium in terra Marani nec in aliqua parte foriulii toto tempore tui regiminis.

Et si uxor tua vel heredes tui tam masculi quam femine intelligendo heredem ab annis XVI° supra, seu socius tuus aut aliquis de tua familia fecerint aliquid quod tibi sit vetitum per tuam commissionem et fuerint accusati nostro dominio seu advocatoribus comunis debes esse responsator et pagator de omni eo quod advocatores convincerent in consilio in quo placitare vellent.

Et non potes sub debito sacramenti per totum tempus tui regiminis nec per unum annum post contrahere vel contrahi facere matrimonium nec impetrare seu impetrari facere aliquam prebendam vel beneficium in locis tui regiminis pro te vel aliis ullo modo:

Non potes nec debes angarizare nec cogere aliquam personam tam tibi subiectam, quam aliunde pro tuis arnesiis, blado, feno, paleis, nec aliquibus aliis, nec accipere aliquem currum, seu aliqua animalia

29

alicuius vel aliquorum pro deferrendo de predictis rebus tuis nisi eis feceris debitam et iustam solutionem tamquam si fores spetialis persona;

Insuper concedimus tibi quod habeas terminum ad essendum fulcitus tuis equis unius mensis postquam dictum regimen intraveris et posses eos vendere perquindecim dies ante complementum tui regiminis.

Omnia que tibi dicendo mandabimus attendes et observabis bona fide et sine fraude;

Iuraste honorem et proficuum nostri dominii ~~eundo~~ eundo, stando et redeundo;

(Ponatur pars de facto ferri, ut in 57 rogatorum ad cart 125 continetur.)

Capta. MCCCCXXVIIII, die XIIII Iunii.

Cum sicut clare manifestum est fiant multa contrabanna de ferro quod conducitur ad multos portus et loca patrie foriiulii et etiam de eo conducitur ad partes Marchie et alio sine solutione alicuius datii que omnia redundant ad maximum damnum et preiudicium introituum nostri dominii Et ~~[illegible]~~ bonum sit pro utilitate et commodo introituum nostri comunis providere, superinde, Vadit pars quod de cetero ordinetur quod aliquo modo, forma vel ingenio per aliquem cuiuscumque conditionis existat non possit carricari super barca vel alio navigio in aliquo flumine, aqua vel portu, nec in aliquo alio loco patrie foriiulii ferrum alicuius sortis nisi in portugruario sub penis et stricturis contentis in parte nova contrabannorum. Et committantur hec inquirenda omnibus Rectoribus dicte patrie et aliis nostris Rectoribus, capitaneis et officialibus tam intus dictam

patriam, quam extra, et tam intus Venetias quam extra Venetias, quibus facta foret aliqua conscientia de aliquo contrafaciente habentibus partem suam de dicta pena, ut in parte nova contrabannorum continetur. Verum ut melius obvietur contrabannis predictis ex nunc captum sit quod deputetur in portugruario unus Scriba qui debeat esse ad omne mandatum et obedientiam Potestatis nostri portusgruarii qui vero Scriba habeat bonam diligentiam et curam in scribendo et tenendo ordinate computum totius ferri quod illuc per quoscumque conducetur et macios et sortem eius et cuius erit et deinde quando carricabitur, debeat accipere idoneas et sufficientes plezarias a patronis barcarum et navigiorum in quibus huiusmodi ferrum carricabitur, quod illud conducent Venetias et non alio, et debeat dictus Scriba facere dictis patronis contraliteras de quantitate et sorte et maciis ferri et cuius erit, et in eis contraliteris notare nomina patronorum. De quibus contraliteris et de quantitatibus, maciis et sortibus ferri illuc conducti ut supra et de nominibus quorum erunt ordinate faciat unum quaternum, quem singulo mense teneatur mittere officialibus nostris tabule ut possint inquirere contra illos qui contrafacerent. Et ordinetur quod dictus Scriba faciat dictas contraliteras unam pro barca et sub totis nominibus quot erit ferrum carricatum habendo pro qualibet contralitera soldos quatuor parvorum. Et debeat dictus Scriba facere unum registrum dictarum bulletarum quem debeat dare potestati nostro portusgruarii qui Potestas illum ducere debeat in fine sui regiminis presentandum dictis officialibus. Verum si quis inventus fuerit contrafecisse presenti ordini quisquis sit subiaceat omnibus dictis penis et stricturis et nihilominus ultra dictas penas et stricturas

patroni predicti contrafacientes ammittant barchas et eis non possit fieri aliqua gratia donum, remissio sub omnibus penis et stricturis predictis. Et committantur hec inquirenda omnibus Rectoribus et officialibus superius dictis habentibus partem penarum sicut superius dictum est Et ponatur hec pars in commissione locumtenentis patrie foriiulii, potestatum portusgruarii, Caprolarum, Gradi et Marani et etiam detur dicto Scribe deputando in portugruario qui scribanus habeat partem suarum penarum si quem accusaret contrafacientem velut accusator. Et mittatur presens pars locumtenenti patrie forijulii ut illam faciat publicari Utini, Venzoni, Glemone et in omnibus aliis locis patrie in quibus sibi videbitur.

De parte — 90. De non — 23. Non sincere — 4.

(Item alia pars clavorum et laboreriorum ferri, ut in 58 rogatorum ad cart. 22) (Deliberazioni Miste (Senato) reg. 58 carte 21.t)

Capta. MCCCCXXX. Die XXIII. Decembris

Cum ex informatione dominio nostro data conducatur Venecias de die in diem clavi cuiuslibet sortis et reliqua laboreria ferri prohibita conduci Venetias, quod enim cedit ad maximum damnum introituum nostrorum et ad destructionem misterii fabrorum, super qua se bonum est providere: Vadit pars quod remanentibus firmis omnibus nostris ordinibus loquentibus supra dicta materia, de cetero ordinetur, quod si quis inventus fuerit conducere Venetias de dictis laboreriis ferri prohibitis conduci Venetias, perdere debeat ipsa laboreria et totidem pro pena, que pena dividatur secundum ordines contrabanndum et teneantur officiales nostri, quibus facta

fuerit accusa, sub pena ducatorum centum pro quolibet eorum in qualibet vice et privationis officii mittere execu-tioni presentem ordinem et nulli facere gratiam, et illa la-boreria que sibi presentarentur vigore presentis ordinis in-fra tres dies mittere et consignare patronis nostri Arsena-tus, qui illa accipiant in utilitatem Arsenatus nostri, que faciant ipsi patroni extimari et medietatem tan-tum pecunie dicte extimationis sub pena librarum cen-tum pro quolibet eorum infra tres dies solvere et dare debeant inventoribus seu accusatoribus tantum. Preterea quilibet patronus barche vel navigii qui conducet de ipsis laboreriis contra presentem ordinem stare debeat uno mense in carceribus et perdere debeat omnia cor-da sue barche sive navigii, que officiales nostri quibus facta fuerit conscientia teneantur sub pena predicta consi-gnare patronis nostri arsenatus, qui illa ponant in uti-litatem arsenatus nostri. Declarando tamen quod anchore et rampegoni possint conduci Venetias tam integri, quam in peciis, ut solitum erat. Et mandetur potestatibus nostris Marani, portusgruarii, Caprolarum et Gradi et Istrie et in eorum commissionibus iungatur, quod diligenter in-quirant et inquiri faciant ne per aliquem conducatur de di-ctis laboreriis Venetias vel alio contra quem procedant secun-dum ordinem suprascriptum, quem in omnibus sub penis predictis et privationis sui Regiminis debeant inviolabiliter observare. Et similiter omnia predicta committantur inquirenda omnibus officialibus contrabannorum et similiter ipsis Recto-ribus habentibus partem penarum sicut superius dictum est. Verum ordinetur quod nullus Marangonus navis vel domorum audeat vel presumat operari alia feramenta in laboreriis suis, quam illa que sunt laborata Venetiis sub pena

librarum centum, et standi uno mense in carceribus pro quolibet eorum et qualibet vice. De quibus omnibus penis vel aliqua earum non posset fieri aliqua gratia, donum, remissio vel recompensatio sub penis et stricturis contentis in parte nova contrabannorum. Et cridetur presens pars in scalis Rivoalti, ut omnibus notai sit.

De parte - omnes alii. De non — 2. Non sincere — 1.

(Item ponantur partes seu capitula generalia posita circa finem commissionis potestatis Vincentie. Carte 5)

Item observabis partem captam in Rogatis MCCCCI. die XXIIII Novembris, videlicet: Quod omnes Rectores nostri teneantur et debeant facere et dare sine aliqua diminutione sociis et notariis quos habere tenentur totum et quicquid in eorum commissione continetur sub pena privationis per quinque annos omnium Regiminum comunis Venetiarum intus et extra et librarum V^{c} (500) in suis propris bonis, quarum librarum medietas sit accusatoris si fuerit per quem sciatur veritas, quartum sit nostrorum advocatorum comunis, quibus hec committantur et aliud quartum nostri comunis. Et ultra hoc totum illud quod debuissent dare dictis sociis suis et notariis secundum formam suarum commissionum et non dedissent tam pro salario, quam pro expensis, veniat in nostrum commune. Et ultra hoc quilibet sociorum et notariorum predictorum infra unum mensem postquam applicuerit Venecias si non habuerit salarium et expensas sicut habuerit a rectore suo secundum formam commissionum, teneatur ire ad advocatores nostros comunis et facere eis conscientiam de predictis, habendo partem pene suprascripte pecuniarie velut accusator,

et si hoc non fecerit, privetur, quod non possit unquam esse notarius nec sotius alicuius nostri rectoris et cadat in penam librarum centum dividendam ut de aliis penis dictum est. Et non possit alicui contrafatienti fieri aliqua gratia, donum, remissio, neque aliqua declaratio sed semper amplictur presens pars sub omnibus penis, ligaminibus et stricturis contentis in parte nova contrabanorum. Verum sit in libertate rectoris, si sibi videbitur et placebit dandi illi notario vel sotio quibus debebit facere expensas libras L parvorum in anno et ratione anni pro quolibet pro expensis, quas facere deberet predictis, si velet dare potius pecuniam quam facere eis expensas, non possendo dare cuilibet eorum minus librarum L, ut superius dictum est.

Item observabis partem infrascriptam captam in Consilio Rogatorum et additione MCCCCXXII, die XXVIII Aprilis, videlicet: Cum omnes rectores nostri terrarum nostrarum iuxta formam suarum commissionum et ordinum nostrorum debeant infra mensem in introitu suorum regiminum et teneantur esse fulcitis equis omnibus quos habere debent et tenentur tenere secundum suas commissiones. Et habeatur informatio quod rectores predicti non observant ita, imo faciunt sibi accomodare equos et illos detinent, faciendo solum expensas, ut appareat et videatur ipsos habere equos suos. Et hoc modo contrafit nostre intentioni et ordinibus nostris. Et sit bonum pro honore nostre dominii taliter providere quod dicti rectores observent ea ad que tenentur: Vadit pars, quod de cetero si rectores nostri predicti infra mensem non eraent fulciti omnibus equis quos habere tenentur iuxta formam eorum commissionum et pervenerit ad noticiam nostrorum officialium rationum

quibus talia sunt commissa cadant ipsi rectores ad illam eamdem penam pro uno quoque ipsorum equorum, quem non haberent emptum, ad quam caderent si deficiente aliquo equo illum talem non remiseret iuxta continentia ordinis predicti. Et infra illud tempus quo illum remittere tenentur. Et si se ipsos accusarent cadant solum ad illam penam ad quam cadunt iuxta leges et ordines nostros. Et pro meliore executione huius nostre intentionis committatur expresse dictis officialibus nostris rationum, qui solicite et diligenter investigare debeant de huiusmodi rectoribus contrafacientibus vel per viam investigationis, vel aliter sicut sibi videbitur, exigendo a contrafacientibus penas ad quas incurrerent, de quibus penis habeant illi nostri officiales rationum illam partem, quam habent de aliis penis sui officii et iuxta continentiam et tenorem ordinis prelibati.

Item observabis et facies observari in quantum ad te spectat partem captam in nostris consiliis Rogatorum et additione 1423, die XXVI.° Septembris continentem, Quod de cetero nullus Judeus vel Judea possit emere vel acquirere in aliqua terra vel loco nostro aliquam possessionem vel domum alicuius maierie vel sortis vel aliquod aliud stabile sub pena perdendi dictam possessionem, domum et aliud stabile sic emptum vel taliter acquisitum quod veniat in nostrum commune, et si accusator fuerit per quem sciatur veritas habeat medietatem et teneatur de credentia et reliqua medietas sit nostri communis. Preterea quia omnino est providendum quod in terris et locis nostris Judei seu Judee ullum stabile habeant statuatur et captum sit, quod omnes Judei et Judee qui in

aliqua terra vel loco nostro habeant aliquam possessionem domum seu aliud stabile teneantur et debeant dictas possessiones, domos, seu aliud stabile vendidisse et alienasse infra biennium a die qua presens pars fuit publicata in eis locis ubi habent dicta bona, quod si non observabunt et negligentes fuerint executioni mittere infra predictum tempus amittere debeant omnia dicta bona stabilia que non alienassent que veniant in nostrum commune Reservato in ipsis iudeis omne id quod sibi appareret promissum esse per nostra privilegia et scripturas dumtaxat in iudaicis terrarum nostrarum marittimarum. Et si accusator fuerit per quem sciatur veritas de predictis habeat medietatem et reliqua medietas sit nostri communis. Et de predictis vel aliquo predictorum non possit fieri gratia, donum, remissio et compensatio nec aliqua declaratio, nec presentis partis revocatio vel suspensio sub pena ducatorum V^{c} pro quolibet consiliario capite sapiente vel alio ponente vel consentiente partem seu gratiam in contrarium. Et predicta committantur inquirenda et exequenda Rectoribus locorum et advocatoribus nostris communis habentibus partem ut de aliis sui officii

(Commissioni Libro VI°: c.° 5.)

(Item ponantur tria capitula contenta in fine commissionis potestatis Vincentie, sub hoc signo ☩)

Ne per ignorantiam possis te excusare Significamus tibi quod in nostro consilio X. MCCCCLV, die nono Julii capta fuit pars tenoris infrascripte, videlicet: Licet per formam partium et ordinum nostrorum sit optime provisum circa observationem privilegiorum et promissionum factarum comunitatibus terrarum et locorum nostrorum

tempore acquisitionis eorum. Tamen sicut . per auditores novos vel tamquam sindicos, vel tamquam advocatores quesitum fuit et quotidie queritur variis viis et modis sub diversis coloribus contrafieri faciendo intromissiones, suspensiones et declarationes, que per expressum sunt contra privilegia et promissiones nostras predictas et contra formam partium captarum in isto consilio X. Ex quo inter nostros subditos suborte sunt murmurationes. Item plurime lamentationes et querelle quotidie fiunt per ambaxatores comunitatum terrarum et per multas spetiales personas que supplicant sibi dari tales ordines et tales leges ut sciant intelligere qualiter vivere et gubernare se debeant; Vadit pars, quod auditores sententiarum vel tamquam sindici vel tamquam advocatores de cetero non possint aliqualiter se impedire aut ullo modo facere contra contenta in partibus suprascriptis sub pena ducatorum II^c (200) auri, quam ab eis et quolibet eorum quilibet advocatorum communis debeat exigere sine aliquo consilio, totiens, quotiens contrafecerint habendo partem sicut habent de aliis sui officii sub pena ducatorum ducentorum, quam ab illis advocatoribus exigant capita consilii X. Et nichilominus id quod per dictos auditores vel tamquam sindicos vel tamquam advocatores factum foret vel fieret contra continenciam partium et ordinum predictorum sit nullius valoris vel vigoris. Quare cum dicto consilio X mandemus tibi quod aliqua intromissione vel suspensione non obstante debeas suprascriptum ordinem et mandatum nostrum observare et facere observari inviolabiliter sub pena ducatorum ducentorum in tuis propriis bonis exigenda a te per capita consilii nostri X.

